
EMANUELE



DEFENSIO IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ

CIRCA

Appellationes ab Officiali Episcopi Leodiensis in Causis prophanis inter Laicos ad Superiores Ecclesiasticos

AVCTORE

IOSEPHO SACRIPANTE NARNIENSE

Sanctissimi Domini Nostri

INNOCENTII XI.

SVBDATARIO



Ac Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocato.





ROMÆ. Typis Reu. Cameræ Apost. 1688.

SVPERIORVM FACVLTATE.

Domus S. M. Magdalenę Urbis

INDEX
CAPITVM.



DE-

DEFENSIO IVRISDICTIONIS ECCLESIASTICÆ.

CIRCA

Appellationes ab Officiali Episcopi Leodiensis in Causis prophanis inter Laicos ad Superiores Ecclesiasticos.

CAP. I.

Facti series, seù introductio.

SVMMARIVM.

1. *Officialis Curiæ Episcopalis Leodij de gremio Capituli Cathedralis assumitur.*
2. *Ius dicit in habitu Ecclesiastico, & intrà septa Immunitatis Ecclesiæ Episcopalis.*
3. *A pluribus seculis auctoritate Ecclesiastica cognoscit etiam Causas pro-*

phanas inter Laicos, quando fuit præuentus.

4. Iuramentum Episcopi Leodiensis tuendi antiquissimam Iurisdictionem Ecclesiasticam Officialis in Causis prophanis.

5. Camera Spiræ erecta de anno 1495.

6. Appellationes ab Officiali in Causis prophanis antè, & post Cameram Spiræ ad Ecclesiasticos interpositæ.

7. Et à Camera pluriès reiectæ, quando fuerant ad eam interpositæ.

8. Camera Spiræ de annis 1625, & 1626. frustra conata est hunc ordinem appellationum interuertere.

9. Narratio dicti Conatùs, & num. seqq.

10. Leodienses tàm Ecclesiastici, quàm seculares supplicarunt Vrbano VIII., vt aduersùs dictum Conatum assisteret.

11. Vrbanus VIII. Decanos Ecclesiarum Leodij deputauit in Conseruatores Immunitatis Ecclesiasticæ.

12. Cardinalis Petrus Aloysius Carafa Nun-

Nuncius Apostolicus, & Conseruatores nouitati Cameræ Spirensis se oppofuerunt.

13. *Spirenses Commissarij re infecta debuerunt Leodio recedere, & condemnatus à Iudicibus Ecclesiasticis paruit.*

14. *Ioannes à Chokier de anno* 1621. *dedit in lucem Commentaria ad Regulas Cancellariæ.*

15. *Et de anno* 1630. *super iustitia, & antiquitate huiusmodi appellationum Tractatum, cui titulus:* Vindiciæ libertatis Ecclesiasticæ.

16. *Status iudicandi, & appellandi ab Officiali Leodij post annum* 1626. *continuatus.*

17. *Mandata cassatoria Cameræ Spirensis ineffectuata, & num.* 20.

18. *Carolus de Mean insignis practicus, & Theoricus Leodiensis.*

19. *Referuntur decisiones Sac. Rotæ in duabus causis Laicalibus Leodiensibus.*

21. *Nuncij Apostolici, & Sac. Rota rela-*

xarunt censuras aduersùs Recurrentes in his causis ad Cameram Spiræ.

22. *Fouentes Iurisdictionem Laicalem procurarunt duo Edicta nomine, seu calore Archiepiscopi Coloniensis, & insimul Episcopi Leodiensis.*

23. *Cardinales Bonuisius, & Pallauicinus laudantur, dum strenuè curarunt, & obtinuerunt dictorum Edictorum reuocationem, & num. 24.*

25. *Tenor dictæ reuocationis.*

26. *Archiepiscopus Coloniæ cõfirmauit Edictum antea promulgatum pro conseruatione Iurisdictionis Ecclesiasticæ.*



VLTIS ab hinc seculis, & à tempore, cuius initij memoria, seù vlla probatio non existit, inueteratus, ac imperturbatus vsus inualuit, quod Officialis Curiæ Episcopa-
1 lis Leodij, qui de gremio Capituli Cathedralis assumitur, ac solemni, quo cæteri

Ca-

2 Canonici Habitu Ecclesiastico vtuntur indutus, intra septa Immunitatis Ecclesiæ Episcopalis Ius dicat, & nedum Causas Ecclesiasticas, de quibus non est quæ-
3 stio, sed etiam merè prophanas inter Laicos, quando fuit præuentus, cognoscat, non quidem auctoritate Laicali à Principatu prouenientе, cui Scabini, alijque Iudices seculares præsident, sed sola Ecclesiastica apud ipsum residente, prout hanc veritatem prædictis circumstantijs satis patentem, & infra dicendis demonstrationibus confirmádam Serenissimus, & Reuerendissimus ipse modernus Epi-
4 scopus iuramento illo comprobauit --
„ Item iuro, quod eam iurisdictionem *Ec-*
„ *clesiasticam*, quam Episcopi Leodienses
„ à centum, ducentis, trecentis, & ampliùs
„ annis per suos Officiales continuò, &
„ pacificè exercuerunt tàm in causis pro-
„ phanis ciuilibus, & criminalibus etiam
„ contra merè Laicos, quando Officia-
„ lis erit præuentus, tuebor, & conser-
„ uabo.

Quo-

Quoties autem ab huiusmodi sententijs con-
tigit appellari tàm antè, quàm post ere-
5 ctionem Cameræ Spirensis sequutam de
anno 1495., appellationes eodem anti-
6 quissimo tempore ad Superiores Eccle-
siasticos fuerunt deuolutæ, & si quando
7 propter cauillosas succumbentium am-
bages ad Cameram Spiræ fuerant inter-
positæ, non semel eadem Camera studio
veritatis,& bona fide illas reiecit, earum-
que inhibitiones, seù mandata cassatoria
iudicialiter reuocauit, donec tractu tem-
8 poris id ipsum mutata sententia ægrè,
ferens, cœpit in hoc seculo, & præser-
tim circa annos 1625, & 1626. maiori,
sed inani Conatu hunc non minus lega-
lem, quàm antiquissimum ordinem in-
teruertere.

Ad instantiam siquidem cuiusdam Er-
9 manni Libert, qui in exequutionem
trium sententiarum ab Officiali Leodij,
duobusque Delegatis Apostolicis lata-
rum, in carceribus detinebatur, relaxa-
uit mandatum cassatorium, ac pro eius
im-

implemento Commiſſarios Leodium
10 tranſmiſit: At quia Leodienſes nedum
Eccleſiaſtici, ſed etiam ſeculares, om-
neſque Ciuitatis ordines agnouerunt, ſi-
bi ipſis, eorumque iuridico, ac antiquiſ-
ſimo vſui vim fieri, ad eam repellendam
ſupplicarunt ſa:me: Vrbano VIII. vt au-
ctoritate Apoſtolica eorum indemnitati,
& inſimùl Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ aſ-
ſiſtere, & conſulere dignaretur, ad quam
11 ſupplicationem Summus ille Pontifex
Decanos maioris, & Collegiatarum Ec-
cleſiarum in Conſeruatores præfatæ Ec-
cleſiaſticæ Iuriſdictionis ad quinquen-
nium deputauit, vt in litteris in forma
Breuis ſub Datum 30. Auguſti 1625.
continetur.

Ijdem propterea Conſeruatores, & cla: me:
12 Cardinalis Petrus Aloyſius Carafa tùnc
Nuncius Apoſtolicus ad tractum Rhe-
ni, qui hac de cauſa Leodium profectus
fuerat, viriliter, vt par erat, huic iniuſtæ
nouitati ſe oppoſuerunt, oſtenſaque il-
lius exorbitantia, & inſubſiſtentia, Com-

miſ-

13 missarij Spirenses re infecta Leodio recesserunt, nullaque habita ratione dicti mandati cassatorij non priùs, nec alitèr, prænominatus Ermannus Libert à carceribus fuit dimissus, quam præuia, seù mediante solutione debiti præfatis tribus sententijs Iudicum Ecclesiasticorum paruisset, prout huiusmodi celeberrimum factum est in illis partibus notorium, nec exaduersò impugnatur, quo antiquam huiusmodi Iurisdictionem Ecclesiasticam defensam remansisse enarrat præfatus Cardinalis Petrus Aloysius Carafa in eius Legatione Apostolica §. 11. & 15. impressa Leodij de anno 1634.

Controuersia, vt præfertur, terminata, qua-
14 tuorque post illam annis elapsis Ioannes à Chokier præclarus Iurisconsultus Leodiensis, qui propriæ virtutis publicum iàm præbuerat experimentum egregijs Commentarijs ad Regulas Cancellariæ ab anno 1621. in lucem editis, sumpsit
15 exindè occasionem super huiusmodi appellationum iustitia, & antiquitate com-

po-

ponendi,ac Typis dandi alium omni doctrinæ, & eruditionis genere refertum Tractatum,cui titulus: *Vindiciæ libertatis Eccleſiaſticæ*.

Ab indeque citrà ſtatus iſte iudicandi, &
16 appellandi in eadem viridi obſeruantia
permanſit, proùt de infinitis, & in dies occurrentibus exemplis ad limites dictę Conſuetudinis, ac etiam de ineffectua-
17 tione mandatorum caſſatoriorum Spirenſium, quæ aliquando fuerant extorta,
præ ceteris intrepidè teſtatur *Carolus de*
18 *Mean* inſignis nõ minus practicus,quàm
Theoricus Leodienſis in eius *obſeruat. ad Ius Ciuil. Leodien.par.3. obſer.362. num.4., & 5.*

Signantèr verò ſunt celeberrimæ duæ cauſæ
19 ad Rotam Romanam paucis annis poſt
dictam controuerſiam deuolutæ, & agitatæ in Leodien. nimirum Caſtrorum, in qua ſub diebus 15. Decembris 1634. & 7. Aprilis 1636. emanarunt coram *Motmanno* duæ deciſiones impreſſæ *in par.7.recent.*, ſuntque *deciſiones* 115.

& 297. & ſubindè aliæ duæ 10. Nouembris 1636. & 22. Iunij 1637. coram *Coccino* inter eius particulariter impreſſas *deciſ.* 2207. *&* 2238. in ordine quarum prima eſt repetita *in dict.par.*7. *recent.deciſ.*172. Ac in alia Leodien. Caſtri de Monbech, in qua prodierunt tres deciſiones 15. Decembris 1634. coram *Pirouano*. 9. Maij 1636. coram *Bucca bella*, & 29. Aprilis 1637. coram *Carillo* impreſſæ *in dicta par.*7. *recent.*, ſuntque *deciſiones* 298. 132. *&* 214. in ordine quarum poſtrema eſt repetita *in dec.* 57. inter particulariter impreſſas coram eodem *Carillo*.

Et non obſtante, quod in altera ex dictis
20 cauſis ſuperuenerit mandatum caſſatorium Cameræ Spirenſis, nulla eius fuit habita ratio, ſed teſte *Carolo de Mean* *loco mox citato* data fuit ſententiæ Rotali plenaria exequutio; Proùt etiam,
21 qui auſi fuerunt ad Cameram Spiræ in eiuſmodi cauſis recurrere, fuerunt Eccleſiaſticis cenſuris ſubiecti nedum à Nun-

cijs

cijs Apoſtolicis, ſed etiam ab ipſa Sacra Rota, cuius duæ deciſiones in hoc propoſito habentur, altera in vna Leodien. Declaratoriæ, quæ eſt *deciſ.825.num.5. & 6. coram Buratt.*, & altera in memorata cauſa Leodien. Caſtri de Monbeck, quæ eſt *deciſ.113. coram Carillo.*

Ne quid autem à fouentibus Laicalem Iu-
22 riſdictionem intentatum relinqueretur, procurata fuere pro illius fomento duo Edicta ſub Datum 3. Martij, & 6. Maij 1672. nomine, ſeù calore Sereniſſimi, & Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi Colonienſis inſimul, & Epiſcopi Leodienſis, ſed quia in eo tandèm præualuit zelus Iuſtitiæ, necnon præſtiti per ipſum ſolemnis iuramenti Religio, ac veritas, quo magis agitatur, & obſcurari tentatur validior conſurgit, & clarior apparet, propterea neceſſitatem, & iuſtitiam reuocationis priùs ſatagente Eminentiſſimo
23 D. Cardinali Bonuiſio etiam cum doctis ſcriptis D. Franciſci Tucci eius Auditoris, & poſteà ſuadente Eminentiſſi-

24 mo Pallauicino non minùs purpuræ, quàm omni virtutum genere conspicuis successiuè tùnc Nuncijs Apostolicis in illis partibus, Religiosissimus ille Præsul sub die 3. Februarij 1674. præfata Edi-
25 cta verbis his circumduxit -- Ad conte-
„ standam nostram deuotissimam, & filia-
„ lem obseruantiam erga Sanctam Sedem
„ Apostolicám motu proprio, & ex certa
„ scientia decernimus, & declaramus, Edi-
„ cta nostra die 3. Martij, & 6. Maij 1672,
„ quorum primum incipit, Omnibus, &
„ singulis, ad quorum notitiam, &c. se-
„ cundum verò, Venerabilibus, honorabi-
„ libus doctis, & fidelibus, &c. quæ eidem
„ præiudicio esse perhibentur, habenda, &
„ tenenda esse, ac si numquam emanas-
„ sent.

Iterumque die 16. Augusti 1681. confir-
26 mando aliud Edictum pro Ecclesiasticæ Iurisdictionis conseruatione, die 15. Februarij 1672. promulgatum ità mandauit -- Serenissima sua celsitudo conser-
„ uationi Iurisdictionis Ecclesiasticæ in

„ Dioe-

„ Diœceſi ſua Leodienſi, & Comitatu
„ Loſſenſi proſpiciendum cenſuit per Edi-
„ ctum ſub Datum 15. Februarij 1672.
„ Bonnæ datum, & in Curia Leodienſi 26.
„ eiuſdem publicatum: Quandoquidem
„ verò eadem Sereniſſima ſua celſitudo
„ ægrè, & moleſtè intelligat, eo non ob-
„ ſtante Edicto promiſcuis actibus rerum
„ turbari Officia, & Iuriſdictionem Eccle-
„ ſiaſticis conceſſam, ſeù conſuetudine re-
„ ceptam continuò ab alijs ſubtrahi, &
„ conuelli, hinc ſuo Officiali Leodienſi
„ hiſcè de nouo clementiſſimè iniungit,
„ vt renouata dicti Edicti publicatione;
„ iuramentum ab Aduocatis, Procurato-
„ ribus, & Notarijs iuxtà formulam 27.
„ dicti menſis Februarij publicatam exi-
„ gat, & ſingulos renitentes à Curia ſu-
„ ſpendat, inhibendo quibuſcumque Iudi-
„ cibus, & partibus, ne illorum opera, &
„ conſilio vtantur; mandat vlterius Sere-
„ niſſima ſua celſitudo ſuis Archifiſcis, &
„ eorum cuilibet, vt exequutioni huius,
„ & alterius ſui Edicti ſedulo inuigilent;

&

& quoſcumque Contrauentores tamquam periuros pro debito officij ſui munere abſque vlla diſſimulatione proſequantur.

CAP. II.

Status hodiernæ controuerſiæ, ac diuiſio Defenſionis in quatuor fundamenta, quæ probanda, ac quinque obiectiones, quæ confutandæ aſſumuntur.

IN hoc rerum ſtatu excitatur iterùm prætenſio de dictis annis 1625, & 1626. memorabiliter reiecta, quod ab Officiali Leodienſi in cauſis prophanis inter Laicos ad Tribunalia ſecularia, non autem ad Eccleſiaſtica ſit appellandum, ſuper qua licet pro Iuriſdictione Laicali fuerit diligentiſſimè, & ingenioſiſſimè ſcriptũ, iuſtitiam tamen, & antiquitatem huiuſmodi

modi appellationis ad Superiores Ecclesiasticos, & consequenter exorbitantiam prætensæ deuolutionis ad Laicos ostendunt sequentia quatuor solidissima fundamenta, quæ nullatenus eneruantur quinque obiectionibus in contrarium excitatis, vt ex non minus solidis responsionibus clarissimum redditur.

Primum itaque fundamentum ex dispositione Iuris deducetur.

Secundum ex Consuetudine.

Tertium ex concessis, quod ab Officiali Episcopi Leodiensis sit appellandum ad Officialem Archiepiscopi Coloniensis; &

Quartum ex ipsismet Imperialibus, & Laicalibus actibus.

Ex obiectionibus autem exaduerso excitatis, quæ licet multiplicentur, seù distinguantur in plures, in substantia tamen restringuntur ad quinque, reijcietur, & respectiuè retorquebitur prima dispositioni Iuris ascripta.

Secunda actibus imperialibus.

Tertia actibus Cameræ Spirensis.

Quarta actibus Archiepiscopi, & Electoris Coloniensis; &
Quinta Conuenientiæ.

CAP. III.

Primum Fundamentum ex dispositione Iuris, de quo etiam agitur in capite 4.5. & 7.

SVMMARIVM.

1. *In Christo, & Ecclesia semper fuit vterque gladius, seù potestas, spiritualis actu, & Habitu, & Temporalis saltem habitu, quæ per prorogationem reducitur ad actum.*
2. *Ab Ecclesiastico ad Superiores Ecclesiasticos appellatur.*
3. *Ab Ecclesiastico habente feudum à Laico appellatur in Temporalibus ad infeudantem.*

4. De-

4. *Declara, quando Ecclesiasticus iudicat, vt Baro,*

5. *Secùs quando iudicat vti Ecclesiasticus, quia tùnc ad Superiorem Ecclesiasticum appellatur.*

INcipiens itaque à primo Fundamento superfluum existimaui particularibus
1 demonstrationibus præmittere, quod in Christo Domino, & in Ecclesia semper adfuerit vterque gladius, ac vtraque potestas, spiritualis nimirum habitu, & actu, & temporalis saltèm habitu, itaut per quamcumque prorogationem reducatur etiam ad actum, quia huiusmodi assumptum iuxtà oportunitatem inferius breuiter indicatum, fuit adeò euidenter probatum à Ioanne à Chokier in vndecim prioribus Capitibus laudati tractatus, ac ità solidè inter cætera comprobatum præfatis doctissimis scriptis memorati D. Francisci Tucci insignis Doctoris, ac de Ecclesiastica Iurisdictione in diuturno munere Auditoratus Nunciaturæ

turæ Apoſtolicæ, & in hac præſertim
cauſa optimè meriti, vt à Domino Scri-
bente pro Laicali Iuriſdictione non re-
uocetur ampliùs in dubium.

Præſuppono ſimiliter notoriam regulam,
2 quod à Iudice Eccleſiaſtico ad Superio-
res paritèr Eccleſiaſticos ſit appellandum,
quæ paritèr non impugnatur ab eodem
Domino exaduerſo Scribente, vnicè, &
latiſſimè inſiſtente ſuper illius limitatio-
3 ne, quando ſcilicet Iudex Eccleſiaſticus
habet à Principe Laico in feudum Iuriſ-
dictionem temporalem, quaſi tùnc ad il-
lum, & non ad Superiorem Eccleſiaſti-
cum ſit appellandum iuxtà *gloſam, &
DD. in cap. Romana*, §. *debet autem de
appell. in 6. alioſque innumeros exad-
uerſo cumulatos*.

Veritatem limitationis in abſtracto impu-
4 gnare non eſt neceſſè, dum quando etiã
eſſet vera, illam declarari, ſeù caſui noſtro
non applicari, patet etiam ex ipſomet
potiſſimo, pluriesque repetito funda-
mento, ſeù ratiocinio Domini Scriben-
tis.

tis pro Iurisdictione Laicali, quod nimirum tùnc ab Episcopo spiritualem simùl, & Temporalem Iurisdictionem habente appelletur ad Dominum directum feudi, non ad Superiorem Ecclesiasticum, quando ille iudicauit vt Baro, quod ipse Dominus Scribens probauit auctoritate, quam extulit, verbisque præcisis quæ retulit, & ipse etiam ad augendam vim argumenti repetere existimaui, diuersorum Doctorum, & signanter *Bartoli in l. 1. §. si quis num. 14. ff. de appellat. & relation.* ità figurantis casum -- Pone quod ali-
„ quis Episcopus, vel alius Clericus non
„ cognouit, vt Episcopus, sed vt Comes
„ alicuius Ciuitatis -- *& in l. si quando, num. 2. C. eodem ibi* -- Si aliquis Episco-
„ pus, vel alius Clericus habeat feudum,
„ vel Iurisdictionem à Principe, & iudicat
„ vigore illius Iurisdictionis, ab eo appel-
„ latur ad Principem, non ad Papam --
Castren. in d. l. si quando num. 2. ibi --
„ Si appellatur ab Episcopo tamquam
„ Comite, non appellatur ad Papam, sed

C 2 „ ad

,, ad Superiorem Comitatus -- *Menoch.*
,, *conſ.* 322. *num.* 13. *ibi* -- Si quis eſt
,, Dux, & Epiſcopus, & tamquàm Dux
,, recognoſcit aliquem in Superiorem, ſi
,, fert ſententiam, vt Dux de rebus tempo-
,, ralibus appellatio deuoluitur ad Iudicem
,, Laicum Superiorem ipſius Ducis -- *Ber-
tacchin. in repertor. lit. A. ſub verb. Ap-
pellatio ad Iudicem competentem ibi* --
,, appellatio ad Superiorem Epiſcopi in
,, Comitatu, vel Baronia fieri debet à ſen-
,, tentia Epiſcopi, qui iudicauit, vt Co-
,, mes, vel Baro, & *Roſental. de feud.
cap.* 12. *concluſ.* 20. *numero* 6. *ibi* --
,, vt ſecularis, vel in qualitate ſecularis,
,, ſeù tamquam ſecularis cognouit, & feu-
,, da illa habet, non vt Eccleſiaſticus.

Ergo ſi quis non iudicet, vt Baro, ſed vti
5 Eccleſiaſticus ex neceſſaria mente tot
Auctorum in contrarium adductorum,
& ipſiusmet Domini exaduerſo Scriben-
tis emergit ineuitabilis conſequentia,
quod tali caſu appellatio deuoluatur ad
Superiorem Eccleſiaſticum, prout in
ſpe-

ſpecie conciliando *Gail*, & Auctores ab eo allegatos, & in hac cauſa repetitos præclarè comprobat *Rota Romana in decis.* 1859. *coram Coccino*, vbi poſtquam *num.* 28. præmiſerat propoſitionem *Gail*, quod à ſententia Eccleſiaſtici obtinentis feudum à Laico appelletur ad ipſum Laicum *ſub num.* 31. *&* 32. ità diſtinguit -- Et conſentiunt omnes Do-
„ ctores allegati per *Gail*, dum volunt vt
„ ipſe refert, quod ex eo datur appellatio
„ ad Dominum directum Laicum, quia
„ Eccleſiaſticus procedit tamquam Baro,
„ non tamquam Eccleſiaſticus, ergò ſi po-
„ teſt procedere tamquam Eccleſiaſticus,
„ & tamquam talis procedat, appellatur
„ ad Superiorem Eccleſiaſticum, non ad
„ Dominum feudi, cum qua diſtinctione
pertranſit etiam *Zipeus* (qui Ioannem à Chokier ſequitur) *in tract. de Iuriſdict. Eccleſ. & Ciuil. lib.* 2. *cap.* 79. *ſub n.* 4.
„ *ibi* -- Si Epiſcopus ipſe cum Paribus Cu-
„ riæ, aut qualitate poſſeſſoris Principatus
„ pronunciauerit, deferenda ſit appellatio

ad

„ ad eiusdem qualitatis Superiores -- *&*
*sub num.*8. *ibi* -- quàm etiam Supremi-
„ tatem Cæsaris in Episcópum, vt Princi-
„ pem Leodiensem agnoscit Chokier, sed
„ nullatenùs, vbi is pronunciauit inter
„ Laicos etiam de rebus prophanis, vt
„ Episcopus.

CAP. IV.

Probatur quod Officialis Leodij etiam in causis prophanis inter Laicos iudicet, & per plura secula semper iudicauerit auctoritate Ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1. *Iuramentum Episcopi Leodiensis, quod Iurisdictio ab Officiali per plura secula exercita fuerit in causis prophanis vti Ecclesiastica.*

2. *An-*

2. *Antistes non est temerè redarguendus de mendacio, & periurio.*
3. *Constituto in Dignitatibus Ecclesiasticis plena fides est præstanda.*
4. *Viro nobilissimo magis creditur.*
5. *De Ecclesiastica Iurisdictione Officialis in causis prophanis testantur plures Auctores Leodienses, & Belgæ.*
6. *Eadem Ecclesiastica Iurisdictio infertur ex diuersis Sacræ Rotæ Romanæ decisionibus.*
7. *Et comprobata fuit à Camera Spirensi, quando appellationes à sententijs harum causarum tamquam latis ab Ecclesiastico reiecit.*
8. *Sententia anni* 1578. *super Ecclesiastica Iurisdictione Officialis.*
9. *Confirmata in concordia anni* 1582. *inter Episcopum, & Status Leodij.*
10. *Officialis Leodij semper fuit Ecclesiasticus, & de Capitulo Cathedralis assumitur.*
11. *Ius dicit in Habitu Ecclesiastico, & intra Septa Ecclesiæ Episcopalis.*

12. *Tàm.*

12. *Tàm in causis Ecclesiasticis, quàm prophanis similiter procedit per censuras.*
13. *Seruat circa primam instantiam, & appellationem Bullam Pij IV.*
14. *Necnon statuta cõfirmata à Iulio III.*
15. *Curia Officialis Leodij semper nuncupata Ecclesiastica.*
16. *Scabini, & alij Iudices deputantur, & iudicant Leodij tamquàm seculares.*
17. *Officialis deputatur, & iudicat tamquam Ecclesiasticus.*
18. *A Scabinis ad Consilium ordinarium Laicale, & ab hoc respectiuè ad Cameram consueuit appellari.*
19. *Ab Officiali verò ad Superiores Ecclesiasticos.*
20. *Vacante Sede Episcopali Leodiensi vacat Iurisdictio Scabinorum.*
21. *Non autem Officialis, qui suam Iurisdictionem non recognoscit ab Imperatore.*
22. *Discretiua in procedendo, & appellando contradistinctionem Iudicis Ecclesiastici*

cle-

clesiastici à Laicis confirmat.

23. *Episcopus tamquam Baro deputat Iudices Laicos.*

24. *Nec ad vniuersitatem causarum, quæ ad eum spectant tamquam ad Baronem potest deputare Officialem Ecclesiasticum.*

25. *Et si hoc casu Officialis exercuit Iurisdictionem in Laicos, dicitur exercuisse vti Ecclesiasticus.*

26. *In Officiali contradistincto à Iudicibus Laicis non potest, prout in ipso Episcopo, considerari reduplicatio personarum.*

27. *Laici possunt prorogare Iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, qui quando etiā dici vellet incompetens, non est tamen incapax.*

28. *Clerici non possunt prorogare Iurisdictionem Laici, qui respectu illorum nedùm est incompetens, sed incapax.*

29. *Iurisdictio Ecclesiastici à Laicis prorogata non est secularis, sed Ecclesiastica.*

D 30. Iu-

30. *Iurisdictio prorogata est eiusdem naturæ, ac Iurisdictio propria, seù præexistens Iudicis prorogati.*

31. *Consuetudo prorogationis inducitur ex Iurisdictione erga Laicos exercita per Ecclesiasticum à tempore immemorabili, seù à pluribus seculis.*

32. *Immemorabilis, seù centenaria dat meliorem titulum de mundo.*

33. *Nedum in materia indifferenti, sed etiam in regalibus, & in iuribus speciali nota dignis.*

34. *Ac in reseruatis Principi.*

35. *Nec requiritur, vel saltem præsumitur scientia Imperatoris; & nu. 36. 39. & 40.*

37. *Habet eamdem potestatem, ac Imperator cum causa procedens.*

38. *Concilium Tridetinum reijciens quascumque consuetudines circa primam instantiam non tollit immemorabilem.*

41. *Immemorabilis, & centenaria æquiparantur.*

Strictè

STrictè igitur ad nodum istius difficultatis nimirum applicationem, seù verificationem facti, vtrum Officialis Leodij iudicet, & per plura secula iudicauerit, in causis prophanis auctoritate Laicali, vel potiùs Ecclesiastica.

Occurrit quidem in primis memoratum iu-
1 ramentum moderni Serenissimi, & Reuerendissimi Episcopi, quod Iurisdictio ab Episcopis Leodien. per suos Officiales etiam in causis prophanis Laicorum à centum, ducentis, trecentis,& ampliùs annis vti Ecclesiastica fuerit continuò,& pacificè exercita, absit autem quod ali-
2 quis audeat de mendacio, & periurio tantum virum redarguere *de Luca disc.* 15. *num.* 13. *vers. Et quinto de benefic.*
3 cui eo maior, & omnimoda fides debetur, quo venerabili Dignitate nedum Episcopatus Leodij, sed & Archiepiscopatus Coloniæ, alijsque Ecclesiasticis titulis supereminet *Rota decis.* 378. *n.* 13, *&* 15. *coram Celso, & decis.* 305. *n.* 12. *part.* 18. *recent.*, ac præclara prosapia,

quam ex nunquam ſatis laudata domo
4 Bauarica ſortitur, præpollet *Can. Nobiliſſimus diſtinct. 97. Bald. in l. teſtium num. 36. C. de Teſtib., & Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. num. 33.*

Cum teſtimonio tanti Viri dignitate, & nobilitate conſpicui concordat illud virorum propter eximiam iuriſprudentiam, factique ſecuram informationem omni exceptione maiorum; Eccleſiaſticam ſi-
5 quidem eſſe Iuriſdictionem Officialis etiam inter Laicos procedentis teſtantur ex Leodienſibus ipſis Ioannes à Chokier *in d. tract.* cuius titulus eſt: *Vindiciæ libertatis Eccleſiaſticæ part. 1. cap. 12. num. 17. Carol. de Mean ad Ius ciuil. Leodien. par. 3. obſer. 362. num. 4. Stephan. Rauſin. in opere*, cuius titulus eſt; *Leodium lib. 2. cap. 25. fol. 58. & duobus ſeqq., & ex Belgis Zipeus de Iuriſdict. Eccleſ. & Ciuil. lib. 2. cap. 79. in fin.*

Illam quoque præter tot deciſiones Rotales
6 in his cauſis editas, quarum aliquæ in

ſu-

supradicta facti serie referuntur, expressè canonizauit eadem *Sac. Rota Romana in graui causa Leodien. Dominij praesertim in decis.* 1483. *num.* 11. *iuncto num.* 19. *coram Coccino*.

Et quòd magis est, approbauit etiam ipsa
7 Camera Spirensis, quae multoties appellationes ad se interpositas tamquam à sententijs Iudicis Ecclesiastici, licet inter Laicos in causis prophanis procedentis reiecit, vt inter alios notauit *Rausin. in d. eius Leodio par.* 1. *cap.* 7. *vers. siquidem Leodienses fol.* 99, & 100.

Super eadem Ecclesiastica qualitate Iurisdi-
8 ctionis Officialis Leodij, eiusque Consuetudine, exercitio, & manutentione in omnibus causis, & indistinctè inter omnes personas prodijt sententia lata de anno 1578. per Cardinalem de Groesbech tùnc Episcopum, & Principem Leodiensem, vt legitur in libro intitulato: *Res iudicata per Cardinalem Groesbech Episcopum, & Principem Leodiensem contra responsum Consilij Ordi-*

dinarij fol. 13., *&* 14., & in *Archiuio*
9 *Nunciaturæ Apost.Coloniæ to.* 3. *n.*29, quæ ſententia fuit ijſdem verbis confirmata de anno 1582. in communi concordia inter Status, & Erneſtum Epiſcopum Leodienſem, inſimulque Archiepiſcopum Colonienſem, vt in *eod. libro mox citato, fol.* 17., & concordat aliud decretum, ſeù ſententia de anno 1603. vbi etiam inhibetur aliquid innouari, donec per Summum Pontificem aliud ſtatueretur, vt *in Archiuio Nunciat. Apoſtolicæ Coloniæ tom.*4. *num.*11.

Neque ſine fundamento tot Præſules, & Tribunalia, & per longum tempus etiam ipſa Camera Spirenſis in hac concordi opinione, & multiplici aſſertione conuenerunt, dum etiam ex infraſcriptis demonſtrationibus apparet, præfatam Iuriſdictionem Officialis poteſtate Eccleſiaſtica, non autem Laicali competere, ac fuiſſe
10 ſemper exercitam; Etenim Officialis Leodij ſemper extitit Eccleſiaſticus, aſſumptus, proùt aſſumi debet, de gremio Ca-

pituli

tuli Cathedralis, & in ſacris Ordinibus
conſtitutus, ius dicit ſolemni quo cæteri
Canonici habitu Eccleſiaſtico vtuntur,
indutus ac in loco immuni, nempè intra Septa Eccleſiæ Epiſcopalis; non mi-
12 nùs in Eccleſiaſticis, quàm prophanis
cauſis inter Laicos procedit per cenſuras,
quarum clauem nemo eſt, qui neſciat,
13 dari ab Eccleſia non ab Imperio, ſeruat
circa primas inſtantias, & appellationes
Bullam Apoſtolicam Pij IV., & genera-
14 liter ſtatuta à Iulio III. confirmata, &
propterea eius Curia non ſolùm nomine
15 nuncupata, ſed re ipſa fuit ſemper, &
eſt ſpiritualis, ſeù Eccleſiaſtica, vt omiſſa pleniori repetitione hæc omnia latè, &
egregiè probantur per dictum *Ioannem à Chokier in Vindic. libertat. Eccleſ. p.* 1. *cap.* 12., *&* 13. *per tot.*, & comprobat
Stephan. Rauſin. in eius Leodio lib. 2. *cap.* 25. *verſ. vel huiuſmodi Iudices Eccleſiaſtici, & à verſ. nemo officialatus dignitate decoratur præter Eccleſiaſticas Perſonas fol.* 558. *&* 559.

Vr-

Vrget etiam diſcretiua, iuxta quam Scabini
16 alijque tanquam Iudices ſeculares, Of-
17 ficialis verò tamquam Eccleſiaſticus de-
putantur, & iudicant; Ab illis ad Conſi-
18 lium ordinarium Laicale Principis, &
exinde ad Cameram Spiræ reſpectiuè;
19 Ab iſto autem ad Superiores Eccleſiaſti-
cos appellatur, & appellari conſueuit, ſi-
militer Epiſcopali Sede vacante tamdiù
20 vacat Scabinorum Iuriſdictio, donec Iu-
riſdictio temporalis fuerit per Epiſcopum
nouiter electum recognita ab Imperato-
21 re ad differentiam, & quidem valdè no-
tabilem Officialis, qui ſuam Iuriſdictio-
nem numquam recognouit ab Impera-
ratore, quinimò illo prorsùs irrequiſito
non minùs in Eccleſiaſticis, quam pro-
phanis cauſis etiam Sede Epiſcopali va-
cante ab exercitio ſuæ Iuriſdictionis non
22 deſiſtit. Ex hoc autem diſcretiuo modo
per plura ſecula obſeruato mirificè con-
firmatur Iuriſdictionum, ſeù Iudicum
diſtinctio, ac Officialem vti merè Eccle-
ſiaſticum, ac contradiſtinctum à Iudici-

bus

bus ſecularibus procedere, & eſſe conſiderandum iuxtà benè, & punctualiter animaduerſa per *Ioannem à Chokier vbi ſupra cap. 12. ſub num. 11., & cap. 25. num. 2. 5. 8. & ſeqq. & cap. 30. num. 4. & ſeqq.* ſimilemque diſcretiuam Iudicum optimè ponderat *Rota deciſ. 303. num. 7. & ſeqq. par. 16. recent.*

Nec inconſulto obſeruatur, & inualuit huiuſmodi diſcretiua; Quando enim Epi-
23 ſcopus conſideratur tamquam Baro deputat, prout in hoc caſu ſemper deputauit Scabinos Iudices Laicos, à quibus ad Superiores Laicos appellatur, & in hypotheſi conſueuit appellari, vt in puncto aduertit modernus *Carol. Anton. de Luca de plural. homin. legal. cap. 31. nu. 5.*
24 non autem Clericum, ſeù eius Eccleſiaſticum Vicarium, vel Officialem deputat, proùt regularitèr non poteſt deputare in ViceBaronem, ſeù Præpoſitum ſecularem ad vniuerſitatem cauſarum prophanarum, quæ ad eum ſpectant tamquam ad Baronem, *Text. eſt in cap. Cle-*

E ricis

ricis, *ibi* — Iubemus etiam ſub intermi-
„ natione anathematis, ne quis Sacerdos
„ officium habeat ViceComitis, aut Præ-
„ poſiti ſecularis, *extr. ne Cleric. vel Mo-
nach.*, & in puncto Epiſcopi Baronis,
Ann. ſingul. 460. & *Ioannes à Chokier
citata par.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. vndè cum
25 Epiſcopi Leodij ab omni tempore de-
putauerint Officialem Eccleſiaſticum,
qui dum fuit præuentus exercuit Iuriſdi-
ctionem in Laicos etiam in cauſis pro-
phanis, ſequitur quod deputatio ab Epi-
ſcopo vti Epiſcopo, & exercitium Iuriſ-
dictionis ab Officiali tamquam Iudice
Eccleſiaſtico proceſſerint, & procedant,
vt proſequuntur *de Luca*, & *Chokier
mox allegati*, *ille nimirum num.* 6. &
iſte num. 5. *Zipeus de Iuriſdict. Eccleſ.
& ciuil. d. cap.* 79. *lib.* 2: & *Rauſin. in
Leodio lib.* 2. *cap.* 25.

Et ex hac diſcretiua arcentur omnes diſcur-
26 ſus reduplicationis perſonarum, vel in
Epiſcopo, vel in eius Officiali, quia dum
in his cauſis non procedit Epiſcopus, ſed
Of-

Officialis, qui deputatur, & Iurisdictionem exercet tamquam Ecclesiasticus, & contradistinctè à Iudicibus Laicis Iurisdictioni Laicali præpositis, cessat respectu eiusdem Officialis quodcumque figmentum, seù suppositum reduplicationis personarum, vel Iurisdictionum, vt patet ad sensum.

Nec ex eo, quod Officialis Leodij iudicat causas prophanas inter Laicos definit, quoad illas esse Iudex etiam Ecclesiasticus; Quandoquidem præter iam adducta fundamenta præmittendum est principium latiùs deductum per Ioannem à ChoKier, & D. Tuccium à me autem hic breuiter indicatum, quod nempè
27 Laici possunt prorogare Iurisdictionem Iudicis Ecclesiastici, qui quando etiam dici vellet respectu Laicorum incompetens, non est tamen incapax ad differentiam Clericorum non valentium proro-
28 gare Iurisdictionem Laici, qui nedum est respectu illorum incompetens, sed incapax iuxta vtriusque Iuris sanctiones ci-

lis nimirum *in l. si quis ex consensu, & l. Episcopale iudicium, Cod. de Episcop. Aud.*, & Canonici *in cap. nouit. §. non sic extr. de Iudic., & cap. significasti de for. compet. vbi Butr. num. 7. & 8. Fagnan. num. 13. Carleual. de iudic. to. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 3. num. 1119., & Bellet. disquis. Clerical. par. 1. tit. de fauor. Cleric. person. §. 2. num. 27. 30., & seqq. Frances de compet. Iurisd. int. Cur. Eccles. & secul. quæst. 49. per tot. Card. de Luca de iudic. disc. 40. sub nu. 8. & Coccin. decis. 1859. num. 75. & seqq.*, & ex ipsis Leodiensibus, & Germanis firmant *Vuames cons. canon. 68. num. 2. & 4. Carol. de Mean ad Ius ciuil. Leodien. par. 3. obseru. 362. num. 5. Ioannes à Chokier in d. Vindic. libert.* Eccles. *par. 1. cap. 26. num. 1. & seqq.* vbi citat diuersos Auctores Germanos *Erasm. à Cokier de Iurisd. ordin. in exempt. par. 2. de conseruat. quæst. 129: sub nu 9. & Pels. in processf. Iudic. tit. 9. num. 33. fol. 135. & de Iurisd. Episcop.*

scop. German. tit. 20. num. 30.
Exinde autem sequitur, quod Iurisdictio
29 Officialis à Laicis per diuturnam Consuetudinem prorogata non possit esse secularis, sed pernecesse sit Ecclesiastica;
30 nam in iure est indubitatum, quod Iurisdictio prorogata non sit diuersæ, sed eiusdem met naturæ, ac Iurisdictio propria, seù præexistens apud Iudicem prorogatum iuxta communem sensum Canonistarum, & Ciuilistarum, & signanter *Zabarel. in cap. significasti num. 7. vbi Fermosin. quæst. 10. num. 15. in fin. de for. competen. Imol. in cap. P. & G. num. 67. de offic. Iudic. deleg. Bart. in l. Episcopale, Cod. de Episc. audient.* vbi monet perpetuo menti tenendum *Cyn. in l. si quis ex consensu num. 17. & 18. C. eod. Cagnol. in l. cum quædam puella num. 26. ff. de Iurisd. omn. Iudic. Dec. consf. 3. num. 8. Paris. cons. 43. num. 1. lib. 1. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 6 num. 1237. vers. deindè, Amat. resolut. 65. nu. 38. Boer. decis. 284. num. 12. Gramat. decis. Neapol.*

pol. 9. num. 3. & Ruginell. ad Cæsar. constit. de appellat. §. 2. cap. 2. num. 84. & Scialoya de for. competen. cap. 12. num. 57.

Cum verò iuxta supradictas demonstrationes talis Iurisdictio in causis, de quibus agitur, fuerit ab Officiali tamquam Ecclesiastica semper, & pacificè exercita à
31 tempore immemorabili, seù spatio plurium seculorum, nedùm resultat releuantissima, & legitima consuetudo prorogationis, sed infertur & potest allegari qui-
32 cumque melior titulus de mundo, scilicet pacti, concordiæ, tituli onerosi, priuilegij Imperialis, vel Papalis, Iurisdictionis sic constitutæ, & contradistinctæ ab ipso initio Leodij, & quilibet alius imaginabilis magis proficuus nedum in ma-
33 teria indifferenti, sed etiam in regalibus & quibuscumque Iuribus speciali nota dignis *cap. super quibusdam, §. Præterea, vbi glos. verbo non extat memoria extr. de verb. signif. glos. in cap. innouamus, verb. Regum extr. de censib. Bart.*

in

in l. quominus sub num.4. ff. de flumin. & conf.189. num.5. lib.1. Alex. in l de quibus num.43. & 45. vbi de reseruatis
34 Principi in signum supremæ potestatis, *ff. de legib., & conf. 6. per tot.* vbi quod
35 iuxtà communem non requiratur probatio scientiæ Imperatoris *lib. 1. Dec. conf.85. num.2. vers. & ideò si nobilis,* vbi de mero imperio præscripto per Ci-
36 uitates Italiæ, quodque non requiratur scientia Superioris, *& conf. 341. sub num.14. & conf. 496. num. 5.* vbi de reseruatis Principi, *Soccin. iun. conf.76. nu.56. lib.1. Menoch. conf. 201. n.128. Peregrin. de iur. fisc. lib.6. tit.8. nu.14. & 15.* vbi ampliat in regalibus *Couar. de præscript. part. 2. §. 3. num.8. vers. tertia species Balb. eodem tract. 2. part. tertiæ partis princ. quæst.6. num.12. vbi num.13.* ampliat etiam in regalibus, & in ijs, quæ non possunt competere nisi ex priuilegio, & *sub num.18.* quod in ijs quæ regulariter sunt imperscriptibilia tempus immemorabile operatur, quod præ-

præſumatur legitima conceſſio, & *n.20. Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloſ. 33. n.4.* & 5. vbi quod immemorabilis habet vim priuilegij à Principe legitimè conceſſi; tituli melioris de mundo, legis, ve-
37 ritatis, ac pacti, & eamdem poteſtatem quam habet Imperator cum cauſa pro-
38 cedens, quodque Concilium Tridentinum reijciens quaſcumque Conſuetudines circa primas inſtantias coram Ordinario non tollat immemorabilem, *Tiraquell. de Primog. quæſt. 4. num. 45.* vbi de regalibus *Intrigliol. de feud. centur. 1. quæſt. 39. à num. 49. ad 61.* vbi etiam
39 in regalibus, & Principi reſeruatis, quodque non requiratur ſcientia Principis, teſtans de communi, & magis communi, & cumulãs plurimos concordantes *Cardin. de Luca de regal. diſc. 47. num. 2.* & 11. vbi quod non requiritur, vel ſal-
40 tem præſumitur ſcientia Principis, &
41 æquiparat centenariam, & immemorabilem, & de hac Conſuetudine cum reſponſione ad ea, quæ reſpiciunt ſcientiam

Im-

Imperatoris, latè ſcripſit *Ioannes à Chokier in d. tract. par.* 1. *cap.* 26. *per tot.* quæ ſint dicta ad maiorem claritatem, cum alioquin nec immemorabilis, nec centenaria in his caſibus requiratur ex infra deducendis in ſecundo fundamento circa conſuetudinem appellandi.

CAP. V.

Probata Iuriſdictione Eccleſiaſtica Officialis in cauſis prophanis inter Laicos, reaſſumitur iuridica conſequentia primi fundamenti, quod ab eo ad Superiores Eccleſiaſticos ſit appellandum.

SVMMARIVM.

1. *Cauſa eſt Eccleſiaſtica non ſolùm ratione materię, vel perſonarum, ſed etiam*

ratione Iudicis Ecclesiastici, licet iudicet in prophanis inter Laicos.

2. *Et quando ratione Iudicis effecta fuit Ecclesiastica ad Superiores Ecclesiasticos est appellandum.*

3. *Referuntur verba Auctorum Leodiensium, & Germanorum in hoc proposito.*

4. *Camera Spirensis reiecit appellationes ad se interpositas, à sententijs Ecclesiasticorum in causis prophanis inter Laicos.*

5. *In legibus non reperiuntur omnes casus indiuiduales.*

6. *Casus non indiuiduati in legibus definiuntur regulis, & principijs receptis.*

7. *Ab Episcopo habente temporalem Iurisdictionem, qui iudicauit in causis prophanis appellatur ad Ecclesiasticos, non ad seculares.*

8. *Exceptio, seù limitatio supponit, non destruit regulam.*

9. *Exponitur* Textus in l. Episcopale Iudicum, C. de Episc. aud.

10. *A sen-*

10. *A ſententia Iudicis prorogati appellatur ad* Superiores *eiuſdem, non partium prorogantium:*

11. *Iuriſdictio prorogata eſt eiuſdem naturæ, ac præexiſtens.*

12. *Appellatio deuoluitur ad Superiorem, & gradatim ad Iudices eiuſdem ſphæræ.*

13. *Quicumque Iudex Laicus inferior eſt Eccleſiaſtico.*

14. *Inferior non poteſt retractare geſta à Superiore.*

15. *Ab Officiali Eccleſiaſtico, & ſignanter Leodij appellari ad Superiores Eccleſiaſticos probant diuerſi Auctores Germani, & Leodienſes.*

EX quibus ſicut patet antecedens, quod Iuriſdictio Officialis Leodij etiam in cauſis prophanis inter Laicos ſit, & ſemper fuerit Eccleſiaſtica, ità ineuitabilis in iure emergit conſequentia, quod etiam huiuſmodi cauſæ ſint Eccleſiaſticę, quodque à dicto Officiali Eccleſiaſtico ad alios

Superiores Ecclesiasticos nimirum Metropolitanum, vel Nuncium Apostolicum, seù Summum Pontificem, vel eius Delegatos sit appellandum nedum propter energiam dicti potissimi assumpti, seù ratiocinij, cum quo procedit Dominus Scribens pro Iurisdictione Laicali,
1 sed ex alijs Iuris principijs; Causa enim dicitur, & est Ecclesiastica nedùm ratione materiæ, vel personarum, quod admittimus, & ad quarum specierum imperfectam enumerationem non debet sistere exaduerso exageratus, minùs tamen concludens discursus, sed etiam ratione Iudicis, tametsi procedat in causis prophanis inter Laicos, quando autem
2 etiam ex hoc respectu fuit effecta Ecclesiastica non potest transformari in Laicalem per appellationem; quæ propterea retorquendo argumentum transformationis non est in his casibus ad Tribunalia Laica, sed ad Superiores Ecclesiasticos interponenda, licet autem hæ sint tutissimæ, & notissimæ propositiones, quæ

tan-

tantam dotem non mereantur, quia tamen apud Dominum exaduerso Scribentem excitarunt ingentem admirationem, cogor ad eam tollendam præcisa verba saltem diuersorum Auctorum Germanorum referre nempè

Vvames consil. 175. *num.* 7. *ibi* -- Cau-
„ sa Ecclesiastica varijs modis conside-
„ retur non tantum ratione materiæ,
„ &c. aut personæ conuentæ, &c. ve-
„ rum etiam intuitu solius Iudicis, qui
„ de causa cognoscit, siuè sit spiritualis,
„ siuè prophana, *&* *num.* 8. *&* *seqq.* latè
probat, quod sit appellandum ad Iudicem Ecclesiasticum, *&* *in cap. si duobus* 7. §. *denique de appellat. in princip. ibi* --
„ Appellatio ex imo, hoc est, inferiore or-
„ dine ad Superiorem semper fieri debet
„ comparationem autem Superioris ad in-
„ feriorem metiri oportet non ex Persona
appellantis, neque etiam ex genere causæ,
„ sed ex Persona Iudicis, à quo prouoca-
„ tur, vt qui in eum ex maiore Magistra-
„ tu, vel ordine superioritatem, vel Iu-

„ risdi-

„ riſdictionem habet,ab eo iudicatum, vel
„ emendet, vel confirmet --

Ioannes à Chokier in d. vindic.libert.Eccl. p.1.cap.14. n.12. & 13. & pleniùs *cap. 23. num. 7. ibi* -- Accedit, quod in ap-
„ pellatione interponenda inſpicienda ſit
„ non qualitas cauſæ, aut litigatorum,
„ ſed Iudicis, à quo prouocatur, vnde ſi
„ Iudex Eccleſiaſticus ſemel de cauſa me-
„ rè prophana,& intèr perſonas merè pro-
„ phanas cognouerit, talis cauſa naturam
„ ſuam mutauit, & ex prophana fit Ec-
„ cleſiaſtica in quacumque inſtantia, &
„ ad Superiorem Eccleſiaſticum interpo-
„ nenda erit, non etiam ad aliquem ſe-
„ cularem, quantacumque dignitate præ-
„ ditum, qui in hoc quocumque Eccle-
„ ſiaſtico Iudice inferior habetur -- *& in cap. 26.num.12.& ſeqq. ibi* -- Cauſa
„ ſemel coram Ordinario Eccleſiaſtico
„ prorogata ſemper manet Eccleſiaſtica,
„ & per ſolum Eccleſiaſticum Iudicem co-
„ gnoſcenda in quacumq; inſtantia, atque
„ ità ab inferiore ad Supremum, ideſt Ec-

„ cle-

„ clesiasticum secundum naturam appel-
„ pellationum deferenda, non etiam ad
„ aliquem secularem, qui quantumuis
„ maximus sit, quocumque Iudice Eccle-
„ siastico inferior habetur, &c. nàm in ap-
„ pellationibus, non tàm inspicienda est
„ qualitas causæ, aut litigatorum, quàm
„ Iudicis, à quo prouocatur, ideoque pro-
„ uocandum ad Superiorem Ecclesiasti-
„ cum, Iudex autem appellandus est Su-
„ perior habito respectu ad qualitatem
„ Iudicis, à quo non causæ -- & subindè
applicat has conclusiones appellationi-
bus à sententijs Officialis Leodiensis.

Illumque in ijsdem terminis refert, & se-
guitur *Zipeus de Iurisd. Eccles. & Ci-
uil. lib. 2. cap. 79. ibi* -- Et causæ quam-
„ uis prophanæ in Iudicium Ecclesiasti-
„ cum semel ritè productæ fiunt deinceps
„ fori Ecclesiastici, itaùt seculari manum
„ apponere non liceat.

*Erasm. à Chokier de Iurisd. in exempt. p. 2.
de conseru. Ecclesiast. q. 129. sub n. 9.*
„ *ibi* -- Causa censetur Ecclesiastica non

„ mo-

,, modo respectu materiæ illius, sed etiam
,, respectu Iudicis Ecclesiastici, ad cuius
,, examen per Iudicis prorogationem, ap-
,, pellationemuè reuocatur, hincque est,
,, vt cum Iudex Ecclesiasticus semel ma-
,, num huiusmodi causæ apposuerit, cau-
,, sa semel effecta Ecclesiastica semper ma-
,, nere debet Ecclesiastica, Iudexquè se-
,, cularis se se illi intromittere non possit,
,, sed appellari debet ad Ecclesiasticum
,, Iudicē non ad aliū secularem— Et subin-
dè probare prosequitur, quod appellatio
non deuoluatur ad Cameram Spiræ.

Stephan. Rausin., qui licet cum aliquo respectu loquutus fuerit erga Cameram Spiræ, pro cuius, & Imperatoris auctoritate contra Leodienses alioquin scripsit, adhùc istam materiam eiusque notorias conclusiones satis exposuit in dicto eius *Leodio lib. 2. cap. 25. ante fin. fol.* 559. & 560. *ibi* — Causæ, quæ co-
,, ràm Officialium Curijs tractantur, sunt
,, Ecclesiasticæ, aut ratione materiæ, aut
,, ratione personæ conuentæ, aut ratione
,, Iu-

„ Iudicis Ecclesiastici : ratione materiæ „ &c. Denique sepofita subiecti, & materiæ, qualitatisque causarum disceptatione, quoties Ecclesiasticus est cuiuscumque causæ competens Iudex, & circa eam Iudicis munus exercet, causa eiusmodi ratione Iudicis cognoscentis dicitur Ecclesiastica, & qui cognouit Ecclesiastico est persunctus officio, quod longè plus est, talis causa, & si origine ratione materiæ, aut personarum fuisset prophana, tamèn ratione Iudicis semel effecta Ecclesiastica, semper in appellationum instantijs remanet Ecclesiastica, vt præter alios *Ioannes Vvames sub tit. de Iudic.* respondet, quod postremum quia intèr Pontificia, & Cæsarea Prætoria exagitatur isthic indecisum habeo; ad præsentem quæstionem sufficit causam dùm corã Iudice Ecclesiastico fuit competentèr introducta, esse Ecclesiasticam, & Iusdicentis Officium dici Ecclesiasticum, eamque fuisse legisl atorum; & pacifcentium mentem, tàm certum, quàm

„quam quod certissimum.

Ipsequemet *Gaspar Klockius* licèt fuerit adeò excessiuè ad dictus Cameræ Spirensi, *vt in conf. 2. to. 1.* ausus fuerit dicere, quod Laicis esset prohibitum litigare coram Iudice Ecclesiastico, eiusque Iurisdictionem prorogare, *& conf. 51. n. 28. & plurib. seqq.* coactus respondere legibus Theodosij, & Caroli Magni oblitus Iurisprudentiæ in tantam proruperit audaciam, vt asseruerit reprehendendos esse Canones, Carolum Magnum, aliosque Iurisdictioni Ecclesiasticæ adhærentes, adhùc quando scripsit pacato animo, & studio veritatis, debuit illam ità confiteri *conf. 39. nu. 9. eodem tom. 1.* Cùm Iu-„ris sit expeditissimi semper appellandũ „esse ad Superiorem iudicantis, itaùt si Iu-„dex sit Ecclesiasticus ad Ecclesiasticum „Superiorem quoque appellatio inter-„ponenda sit, & non esse considerandam „qualitatem partium dicunt DD. qualis „vtique Camera non est si Officialem, vt „merè Ecclesiasticum consideremus, sicut

„cun-

„ eundem hic processisse vti Ecclesiasti-
„ cum, vel ipsimet appellantes fatentur,
Istumque articulum reiecto *Mindano* in contrarium citato cum singulis eius rationibus ex professo tractat, & egregiè resoluit *Henric. Bocer. de Iurisd. cap. 3. à nu. 34. vsque ad 44. fol. 103. & seqq.* cuius præcisa verba vtpotè magis latè exarata breuitatis gratia referre prætermitto, & comprobant etiam *Roman. cons. 265. num. 2.* quem sequitur *Francesc. de compet. Iurisd. intèr Cur. qu. 18. num. 13. & 14.*

Hanc patentem, & non benè controuersam
3 veritatem agnouit, & iudicialitèr declarauit etiam ipsa Camera Spirensis, vt ex ipso *Mindano* probat *Ioannes Chokier in vindic. libert. Eccles. par. 1. cap. 26. num. 16. & 17.* vbi refert, & indiuiduat quamdam causam cuiusdam Catharinæ Vvebers, quæ post sententiam Officialis Coloniæ, & postmodum Delegatorum Apostolicorum appellauerat ad Cameram Spiræ, & ista non obstante, quod

agnouerit causam re integra fuisse secularem, adhùc propter instantias factas coram Ecclesiasticis declarauit suam Iurisdictionem non esse fundatam, & processum denegauit, de quo constare dicitur *in Symphor.supplicat.Camer.tom.* 1. *par.* 2. *tit.* 7. *in fine*, quod etiam multis præiudicijs ab eadem Camera Spirensi fuisse recognitum, & probatum contestatur *Rausin.in Leod. lib.* 1. *cap.* 7. *fol.* 99. *&* 100.

Hùc spectant, & conferunt, quæ superiùs
4 dixi *cap.*4.*num.*30. & mox subdam in hoc *cap. num.* 10.*&* 11. circa naturam Iurisdictionis prorogatæ; adeoùt mirum videatur quomodo nullis adductis auctoritatibus ad rem, & distinctionem materiæ præcisè deuenientibus exclametur aduersùs adeò communem Doctorum sententiam, & quod magis est expetatur etiam *Textus* præcisus, quando
5 nemo ignorat omnes casus indiuiduales in Iure non reperiri, satisque esse, vt quæ non fuerint particularitèr sancita, regu-

lis

6 lis, & principijs receptis definiantur, vt benè monet *Textus in leg. non possunt, ff. de legibus*, & tamèn in hoc ipso etiam satisfacio, dum adest Concilium Generale Lugdunense congregatum sub Innocentio IV. de quo in toties exaduersò *citato cap. Romana de appellat. in 6. vbi in §. debet fuit sancitum*, quod in cau-
7 sis prophanis, in quibus Episcopus habens temporalem Iurisdictionem iudicauit, non ad seculares, sed ad Superiores Ecclesiasticos sit appellandum; Ecce igitur, quod causa alioquin prophana propter exercitium Iurisdictionis Iudicis Ecclesiastici euadit Ecclesiastica, & talis in gradibus appellationum permanet; quod si recurratur ad limitationes, seù exceptiones eiusdem Textus prompta est responsio in hoc ipso articulo, & ad effectum istius conclusionis particularis, quod exceptiones, seù limitationes non
8 destruunt, sed supponunt, imò confirmant regulam *l. quæsitum, §. denique, ff. de fund. instruct.* vbi *glos. verb. non potest*,

test, Auth. de non alien. §.*vbi autem*, & *glos. in rubr. de reg. iur. in 6.*

Nec deest ad maiorem euidentiam *Textus*
9 *etiam ciuilis in l. Episcopale iudicium*, *C. de Episc. aud.* vbi sancitur, quod Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri à Sacerdotibus elegerint, itaut ab eorum iudicatione prouocare non liceat, si enim causa in qua prorogatur Iurisdictio Episcopi, non assumeret naturam Ecclesiasticam, & remaneret prophana, vtique Imperator non prohibuisset appellationem, quæ in causis alioquin prophanis est indistinctè permissa ad Superiores Laicos, eatenùs verò prohibuit, quatenùs considerauit huiusmodi causas ratione prorogationis euasisse Ecclesiasticas, talesque sententias Iudicis prorogati perindè haberi, ac latas in vim propriæ Iurisdictionis, vt benè explicat *Bart. in mox citata lege*, & est communis sententia *DD. citatorum sup. d. cap. 4. n. 30. & mox citandorum in hoc cap.*

Quæ omnia propterea locum sibi vindicant

siuè

siuè Officialis Leodij procedat in his causis in vim propriæ, & originariæ Iurisdictionis siuè in vim consuetudinariæ, vel cuiuscumque prorogationis; A sententia siquidem lata per Iudicem prorogatum appellatur ad Superiorem Iudicis prorogati, non autem litigantium prorogantium iuxta communem sensum *Canonistarum in cap. significasti de for. compet.* & signanter *Abb. sub n. 25. Marian. Soccin. n. 58. Io: Andr. n. 10. in fin. Fagnan. num. 21. & 22. circa med. & Fermosin. in quæst. 10. num. 12.* & comprobant *Speculat. lib. 2. de compet. Iud. adit §. 1. num. 12. Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 8. sect. 6. num. 1237. Scacc. de sent. & re iudic. gloss. 7. quæst. 3. limit. 1. n. 112. vers. subinfero secundo Bocer. de iurisdict. in mox citato cap. 3. num. 48. Scialoya de for. compet. cap. 12. num. 131.* & in indiuiduo occasione celeberrimæ causæ pro euitando alio effectu admittit, & confirmat *Rausin. in d. eius Leodio lib. 2. cap. 26.*

cap. 26. circa fin. ibi -- At qui coram
„ Pio II. & Paulo II. Summis Pontifici-
„ bus legitimè fuit vtrinque prorogata iu-
„ riſdictio, dùm Leodienſes ab Officiali
„ Leodienſi ad Metropolitanum Colo-
„ nienſem prouocarunt, & à Colonienſi
„ Borbonius Princeps ad Sedem Apoſto-
„ licam, vbi & coram Nuncio Apoſtolico
„ priùs pleno iudicio fuerat concertatum -
11 & meritò quia Iuriſdictio prorogata eſt eiuſdem naturæ, ac præexiſtens, vt pluribus auctoritatibus iam oſtendi, vndè ſicut à ſententijs in vim propriæ Iuriſdictionis ab Officiali prolatis appellatur ad Superiores Eccleſiaſticos, ita etiam à ſententijs latis in vim prorogationis, vt præ cæteris ratiocinando proſequuntur *Eraſm. ChoKier, Fermoſin. & Carleu, vbi ſupra.*

Aliàs appellatio non deuolueretur ad Supe-
12 riorem, nec gradatim intra ſphæram Iudicum Eccleſiaſticorum, & inferior, cuiuſmodi dicitur quicumque Iudex Lai-
13 cus comparatiuè ad Eccleſiaſticum, poſ-

ſet

14 set retractare gesta per Iudicem maiorem, seù digniorem contra naturam appellationis, & ordinem iuridicum iudiciorum, prout benè ratiocinantur Auctores adducti, inter quos ita exclamat *Bocer. d. cap. 3. num. 39.* -- sanè admodum fuerit absurdum, & monstruosum sententiam à Iudice datam Ecclesiastico postmodum per appellationis viam censuræ subijci Iudicis Laici -- & vltra illos *Scacc. de appellat. quæst. 8. n. 100. post med. vers. infero, vers prima ratio, & vers. secunda ratio.*

Quibus Iuris principijs, receptisque con-
15 clusionibus ad effectum præcisum, quod ab Officialibus Ecclesiasticis, & signanter, seù consequenter ab illo Leodij sit in his causis appellandum ad Superiores Ecclesiasticos mouentur diuersi Doctores Germani, ac Leodienses respectiuè, & præsertim *Petr. Ottom. in disput. Colleg. public. Iurid. Colon. ad pandect. iur. vol. 2. disput. 36. num. 31. fol. 691. Zypeus de Iurisdict. Eccles. & ciuil. lib. 2.*

cap.79. per tot. fol. 187. 188. & 189. Rausin. in d. eius Leodio lib. 1. cap. 7. fol. 99. & 100. & lib. 2. cap. 25. fol. 559. & 560. & cap. 26. fol. 574. Ioan. à ChoKier in Vindic. libert. Eccles. d. par. 1. cap. 12. 13. 26. & 33. per tot. & Erasm. à ChoKier de Iurisd. Ordin. in exempt. par. 2. de conseruat. Eccles. cap. 129. à num. 9. vsque ad fin. Carol. de Mean ad ius ciuile Leodien. par. 3. obseru. 362. num. 4. 5. & 6. & Bocer. de Iurisd. in citato cap. 3. à nu. 34. vsque ad 44. fol. 103. & seqq.



CAP.

CAP. VI.

Secundum Fundamentum legitimæ consuetudinis appellandi ab Officiali ad Ecclesiasticos etiam in causis prophanis inter Laicos.

SVMMARIVM.

1. *Habens assistentiam iuris non indiget consuetudine.*
2. *Consuetudinem appellandi ab Officiali ad Eclesiasticos in causis prophanis fatetur Scribens pro Iurisdictione Laicali.*
3. *Confessione melior probatio non datur.*
4. *De eadem consuetudine antiquissima testantur plures Auctores Leodienses, & num. seqq.*
5. *Iurisdictio Ecclesiastici potest à Laicis prorogari.*
6. *Mandata Cameræ aduersus appellatio-*

nes ad Ecclesiasticos neglecta.

7. *Eadem consuetudo pluries approbata à Camera Spiræ.*

8. *Probatur etiam Auctoribus Germanis in contrarium citatis.*

9. *Necnon confessione Leodiensium.*

10. *Et iuramento Episcopi.*

11. *Item diuersis Sacræ Rotæ Romanæ decisionibus editis in huiusmodi causis Leodiensibus.*

12. *Necnon commissionibus directis Sacræ Rotæ, & plurimis Breuibus appellationum commissarum Iudicibus in illis partibus.*

13. *Camera Spiræ huiusmodi appellationes ad se interpositas, & respectiuè eius mandata cassatoria multotiès reiecit.*

14. *Conatus Cameræ Spirensis neglecti, reuocati, & circumducti.*

15. *Actus ineffectuati, circumducti, & reiecti confirmant potiùs, quàm interrumpunt consuetudinem.*

16. *Consuetudo huius appellationis magis attenditur, quoties causæ non respi-*

ciunt

tiunt naturam, & leges feudi.

17. *Consuetudo Leodij non prohibet quin Laici potiùs Iudices seculares adeãt, quàm Officialem, & ab illorum sententijs ad Laicos appelletur.*

18. *Sed limitat, seù distinguit Iurisdictionem solum, quando Laici malint eorum causas prophanas coram Officiali introducere.*

19. *Quo casu consueuit appellari ad Superiores Ecclesiasticos.*

20. *Iura, quæ tolli nequeunt in totum, possunt diminui, vel moderari consuetudine, seù præscriptione.*

21. *Decimæ debentur Iure Diuino in signum vniuersalis dominij Dei.*

22. *Nequeunt in totum tolli per consuetudinem, vel præscriptionem.*

23. *Et tamen valent consuetudine, vel præscriptione moderari.*

24. *Pro moderatione Iuris, quod alioquin tolli non poteſt in totum, non requitur immemorabilis, vel centenaria.*

25. *Quod si procedit in moderatione Iuris*

Deo

Deo debiti, eo magis admitti debet in moderatione iuris Imperatoris.

26. *Immemorabilis, centenaria, vel quadragenaria cum titulo non requiritur in actibus contra ius, quoties istud consuetudini, vel præscriptioni vehementer non resistit.*

27. *Ius non resistit, imò potiùs defert consuetudini appellandi etiam à Laico, vel Ecclesiastico procedente tamquam Laico ad Ecclesiasticum.*

28. *Ideoque tùnc sufficit ordinaria præscriptio, seù consuetudo sine titulo putatiuo.*

29. *Iacobus Emerix Leodiensis Sacræ Rotæ Decanus laudatur.*

30. *Consuetudinem immemorabilem, vel centenariam plurium seculorum ab Officiali Leodij ad Ecclesiasticos appellandi viguisse probatur.*

STante igitur assistentia iuris, quod ab Officiali Leodij procedente ab im-
1 memorabili in his caussis tamquam Ec-
cle-

clesiastico non sit appellandum ad Iudices Laicos, opus non est fulcimento alicuius Consuetudinis particulariter respicientis hunc ordinem appellandi, satisque esset ne exaduerso contrarius appellationum vsus legitimè probetur; Ad maiorem tamen euidentiam addo secundum fundamentum antiquissimæ Consuetudinis huiusmodi appellationum, quam diffiteri non valens bona fide, & ea qua decet ingenuitate admittit Dominus exaduerso scribens categoricis illis
2 verbis -- dubitari nequeat, quod in cau-
„ sis prophanis ad Dominos Nuncios
„ Apostolicos, & Tribunalia Romana
„ prioribus seculis appellatum fuerit, &
„ etiam nùnc appelletur -- qua confessio-
3 ne dari non valet melior probatio, *l. generaliter, C. de non numer. pecun. l. cum te C. de transact. & cap. per tuas de probat.*

De eadem vti notoria testantur ex Leo-
4 diensibus vsus propriæ Patriæ callentes *dicti Caroli de Mean in Ius ciuil. Leod.* ci-

citata obseru. 362. nu. 4. ibi -- Nec ob-
„ stare visum est mandatum Cameræ Im-
„ perialis Spirensis cassatorium huius sen-
„ tentiæ Rotalis ab hærede impetratum,
„ Iudex enim Ecclesiasticus etiamsi in ijs,
5 „ quæ ad Iurisdictionem secularem perti-
„ nent sit incompetens, non est tamen Iu-
„ risdictionis etiam inter Laicos incapax,
„ vndè Iurisdictio Iudicis Ecclesiastici in
„ Laicos vti prorogabilis consuetudine,
„ vel præscriptione etiam in inuitos iure
„ ordinario acquiri potest; Hanc Summus
„ Pontifex, eiusque Nuncij Apostolici re-
„ spectu causarum ciuilium inter Laicos
„ consuetudine immemorabili quæsitam
„ in Patria Leodiensi prætendunt, ac ex-
6 „ tant exempla infinita, atque occurrunt
„ in dies, & præsertim illud memorabile
„ respectu Dominij feudalis de ChoKier,
„ in quo nequidquam obstante mandato
„ cassatorio Cameræ Imperialis Spirensis
„ Curia feudalis d'Aigremont immissio-
„ nem decreuit in vim sententiæ à Rota
„ Romana latæ -- *Rausin.in d.Opere, cuius*
-in
titu-

titulus est *Leodium lib.1. cap.7. fol. 99. & 100.* vbi postquam specificauit causas, in quibus prorogatur Iurisdictio Officialis à Laicis postea ità ampliat -- Ex
7 ,, consuetudine plusquam immemorabili
,, multis Archidicasterij Spirensis præiudi-
,, cijs approbata, quoties Testamento-
,, rum, & nuptialium tabularum quæstio-
,, nes vertuntur, etiamsi de bonis feudali-
,, bus controuertatur ad Officialem Leo-
,, diensem, & ab eo ad Superiores Iudices
,, Ecclesiasticos cognitionem pertinere --
& lib. 2. cap. 22. fol. 518. *ibi* -- Sic ab
,, Officiali Leodiensi Iudice non Ecclesia-
,, sticarum tantùm, sed Ciuilium, & pro-
,, phanarum causarum Ordinario ab im-
,, memorabili tempore ad Officialem Co-
,, loniensem Metropoliticum appellatur,
,, eaque consuetudo, & si præter; imò con-
,, tra Ius extrà causas Ecclesiasticas valet,
,, & substinetur, -- *Ioannes à Chokier. in d. eius tract. vind. libert. Eccles. lib. 1. cap.* 12. *ibi* -- Videmus ab Episcopis nedum
,, de Iure communi, sed etiam de notoria

„ consuetudine appellari ad Metropolitanum, vel Papam, aut eius Nuncium, idque etiam in causis merè ciuilibus, & intèr Personas prophanas, -- *& capit.* 26. *num.* 20. *ibi* -- His præmissis dicimus Leodienses esse in antiquissima consuetudine ab omni æuo cōtinuis temporibus obseruata, vt causæ Ciuiles coram Officiali Leodiensi introductę etiam intèr merè laicos deuoluantur, & deuolui debeant per appellationem ad Iudices etiam Ecclesiasticos, videlicet ad Metropolitanum, vel Nuncium Apostolicum, aùt Sanctam Sedem, illiusnè his in locis Delegatos -- *& num.* 40. *ibi* -- Consuetudo illa antiquissima vsque adeò clara, certa, & explorata est, vt sine verecundia ineptiendi negari non possit, *& cap.* 33. *sub num.* 4. vbi consuetudo adminiculatur, vt hic, quæ ità antiqua est, vt omnem omninò Hominum memoriam superet imò videatur cum Sede Episcopali Leodiensi, & Archiepiscopatu Coloniensi originem sumpsisse -- & comprobat *nu.* 13. Eum-

13. Eumque in terminis huius præcisæ consuetudinis refert, & sequitur *Zypeus de Iurisd. Eccles. & ciuil. lib. 2. cap. 79.* „ *ibi* -- quod, & immemorabili consuetu-„ dine obtentum -- quinimò eamdem Consuetudinem fateri debuerunt etiam
8 ipsi Auctores Cameræ Spirensis Defensores *Mindan. Gaspar Kloc. & Pel.* ex aduersò allegati, quorum postremus licet dolens, & inuitus ait hanc consuetudinem antè, & post erectionem Cameræ Spirensis viguisse, & vigere postquam dixerat Iurisdictionem Ecclesiastici posse à Laicis prorogari, vt videre est in eius *tract. de Iurisd. Episcop. German. tit. 20. sub num. 3. & 4.*

Istamque consuetudinem ab immemorabi-
9 li tempore viguisse, & inuiolabilitèr seruatā fuisse affirmarunt Clerus primarius, & secundarius, Consules, iurati, & Consilium Ciuitatis, & socij Curiæ Officialatus, totaque Vniuersitas Leodij, quando ad repellendam vim, quam de anno 1625. Camera Spiræ tentauit, frustrà ta-

mèn, inferre, recursum habuerunt ad sa:
me: Vrbanum VIII. vt legitur in memorato illius Breui sub Datum 30. Augusti 1625.

Nec deest testimonium ipsius Serenissimi,
10 & Reuerendissimi Episcopi Leodiensis, & insimul Archiepiscopi Coloniensis, qui in Edicto dato Bonnæ 15. Februarij 1672, & confirmato 16. Augusti 1681. improbauit recursus aliquibus ab inde annis ad Laica Tribunalia tamquam factos, sunt verba præcisa — contra antiquissima suæ Leodiensis Ecclesiæ Iura, „ & notoriam ab omni æuo ad eiusdem „ Ordinis Superiores Ecclesiasticos in præ„ fatis causis etiam inter personas Laicas „ appellandi receptam consuetudinem.

Adstipulantur diuersæ decisiones Rotæ Ro-
11 manæ editæ in huiusmodi causis Leodiensibus in gradibus appellationum à sententijs illius Officialis, quarum aliquæ referuntur *in decis. 825. coram Buratt. cum ibi notatis per add. lit. A.* Aliæ apud *Carolum de Mean mox cita-*

tum

tum sub num. 3. *&* 4. aliquæ sunt impressæ *in par.7 recent. nempè* 115. 132. 172. 214. 297. *&* 298. *in ordine, & alibi.*

Accedunt diuersæ commissiones directæ
12 S. Rotæ, & respectiuè plurima Breuia, quibus huiusmodi causæ per appellationem commissæ leguntur Iudicibus Delegatis in illis partibus in similibus caussis ab anno 1500. vsque ad hæc tempora, quod cum aliàs fuerit plenissimè iustificatum, nec exaduerso sit controuersum; opus non fuit, nec est cumulare quamplurimas alias Commissiones, & Breuia seculorum antecedentium.

Eo autem vsque euidentia iustitiæ, & Con-
13 suetudinis huiusmodi appellationum peruenit, vt multoties ipsa Camera Spirensis tales appellationes ad se interpositas reiecerit, & mandata cassatoria appellationum ad Iudices Ecclesiasticos interiectarum, seù deuoluendarum reuocauerit, vt testantur supra allegati *Rausin. de Mean, vterque ChoKier.* imò

etiam

etiam negare non ſunt auſi *Mindan.* & aliquis alius ex illis exaduersò adductis.
14 Non obſtant aliqui Conatus, ſeu mandata Caſſatoria Cameræ Spirenſis, ex iſtis enim pleraque ſunt recentia, & quando deuenerunt ad notitiam, fuerunt oppugnata, quædam non habuerunt effectum, plura fuerunt tamquam iniuſta reuocata per eamdem Cameram, cœtera vel poſt rem operosè diſcuſſam, vel iudicialitèr agitatam fuerũt neglecta, & circumducta cum executione è conuerſo mãdatorum, ſeù ſententiarum Iudicum Eccleſiaſticorum, vt fuit ſatis probatum; intèr omnia autem non minus memorabile, quam releuantiſſimum eſt exemplum controuerſiæ ſuperiùs relatæ annorum 1625. & 1626. & de alijs agitur apud *Mean.*, *Ioannem ChoKier*, *& reliquos citatos*, proùt etiam ad reprimendos indebitos recurſus ad Cameram Spirenſem, vel pro auocandis his cauſis, vel pro impedienda executione mandatorum, & ſententiarum Iudicum Eccleſiaſticorum

fue-

fuerunt in Tribunalibus Ecclesiasticis relaxatæ oportunæ Censuræ, & intèr cætera de Censuris per Sacram Rotam inflictis sunt *decisiones* 825. *num.* 5. *&* 6. *coram Buratt. & decis.* 113. *coram Carillo.*

Actus autem, & conatus, qui non habue-
15 runt effectum, & respectiuè fuerunt etiam iudicialitèr circumducti, & reiecti mirabilitèr confirmant, tantùm abest, quod lædant, seù interrumpant antiquissimam, & iudicialitèr canonizatam, imò iàm perfectam consuetudinem, seù obseruantiam *Fagnan. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 36. *à vers. neque his obstat laudum de caus. possess. & propriet. Felin. in cap. illud num.* 17. *vers. per iudicium de præscript. Balb. eodem tractat. par.* 3. *par.* 6. *princip. quæst.* 4. *num.* 37. *Couar. in reg. possessor malæ fidei par.* 2. §. 12. *num.* 4. *in med. vers. hanc item, & Rota decis.* 1027. *num.* 14. *coram Seraphin. & in recent. decis.* 214. *num.* 3. *par.* 4. *vbi de consuetudine, & decis.* 253.

num.

num.3.par.13. & decis. 754. num. 17. par. 18. recent.

Quæ ſanè conſuetudo maius robur, & rele-
16 uantiam aſſumit ex particularibus, & ampliatiuis facti circumſtantijs, quod nempè quæſtio non eſt de cauſis feudalibus reſpicientibus naturam, & leges feudi; ſed de alijs indifferentibus intèr quoſcumque litigantes vertentibus, quo caſu conſuetudinem magis magiſque attendendam eſſe in indiuiduo ampliant citati *Carol. de Mean ad Ius ciuil. Leodien. obſeru. 362. num. 6. & Ioann. à ChoKier in vind. libert. Eccleſ. cap. 12. num. 6. & 19. & cap. 14. num. 12. & tribus ſeqq.*

Per hanc quoque conſuetudinem non pro-
17 hibetur laicis, quod ſi malint adire pro eorum cauſis prohanis Iudices laicales, quam Officialem, non valeant id peragere, quodque à ſententijs per Iudices laicos prolatis ad Superiora Tribunalia laicalia, & reſpectiuè ad Cameram Spiræ non appelletur, prout cum ſuppoſito, quod

quod tolleretur Iurisdictio Laicalis, & appellatio à Iudicibus secularibus ad superiora Tribunalia Laicalia, loquuntur, & sunt intelligendi quotquot exaduerso al.
18 legantur, sed tantummodò limitatur, seù distinguitur Iurisdictio in solo casu, quo Laici maluerint eorum causas prophanas coram Officiali Ecclesiastico, quā coram Iudicibus Laicis introducere, itaut à sen-
19 tentijs latis per Officialem præuentum, seù electum à partibus dumtaxat ad Superiores Ecclesiasticos appelletur, iura si-
20 quidem quæ nequeunt in totum præscribi, seù consuetudine omninò conuelli, adhùc concurrente capacitate præscribentis possunt diminui, seù moderari præscriptione, seù consuetudine, quæ illorum partem, modum, certosque casus, seù quasdam personas respiciat iuxta communiter receptam distinctionem, de qua intrepidè testatur *Card. de Luca de benefic. disc.* 32. *n.* 8. *de pension. disc.* 34. *num.* 12. & *in miscell. Eccles. disc.* 5. *num.* 31. *Gilben. in Auth. quas action.*

cap. 20. num. 13. C. de Sacrosf. Eccles. & Mastrill. de Magistr. lib. 3. cap. 8. num. 15.

Et in fortioribus terminis Decimarum præ-
21 sertim prædialium, quæ de iure etiam Diuino in signum vniuersalis Dominij Dei Omnipotentis debentur *cap. tuæ il primo, ibi* -- Decimarum, quæ Diuina
„ Constitutione debentur -- *& in cap. tua il secondo, ibi* -- Decimæ, quas Deus in
„ signum vniuersalis Dominij sibi reddi
„ præcipit -- *extr. de decim.* & consequen-
22 ter nequeunt præscriptione, seù consuetudine in totum, & absolutè tolli, posse tamen præscriptione, vel consuetudine
23 limitari, diminui, seù moderari quoad modum, locum, seù tempus solutionis, necnon quantitatem, vel aliquam speciem fructuum, seù aliquos particulares casus, eiusdem distinctionis fundamento aduertunt, & exornant in eorum *tractatib. de Decim. Rebuff. quæst. 13. nu. 46. & plurimis seqq. Monet. cap. 5. quæst. 4. num. 87. & seqq. & Cardin. de Luca disc.*

disc.1. num.25. & disc.14. num.9.& Rota Romana decis. 23: num. 1. & 3. par.6. & decis.407. à num.7. vsque ad fin. vbi referuntur concordantes par. 18. recent.

Et ex hac distinctione emergit alia non minus vera, & indubitata illatio; quod in his casibus moderationis, seù limitatio-
24 nis Iurisdictionis non requiritur, nec immemorabilis, seù centenaria consuetudo, seù præscriptio, vt pro contradistinctione casuum, in quo ius totaliter & absolutè vellet præscribi, seù per consuetudinem tolli, optimè firmant præcitatæ auctoritates, quæ sicut indubitan-
25 ter procedunt in moderatione, seù aliqua limitatione iuris Deo debiti in signum sui vniuersalis Dominij, quanto magis debent admitti in aliquali diminutione, seù distinctione iuris Laicalis, quod alioquin competat Imperatori.

Cui illationi consimilis est alia communi-
26 ter recepta conclusio, quæ ex altera distinctione desumitur, quod tunc requi-

ritur consuetudo centenaria, vel immemorabilis, seù quadragenaria cum titulo, quando actus nedum est contra dispositionem iuris, sed ipsum ius consuetudini, vel præscriptioni expresse, seù vehementer resistit, irritando etiam quascunque consuetudines, abusus, corruptelas, & vsurpationes, & quidquid contingerit quoquo modo attentari, seù voluerit introduci contra enixas sæpiusque reiteratas sanctiones, secus autem quando (vt in hoc casu iuxta inferiùs deducenda in sequenti *cap.*7. *num.* 2. cum pluribus sequentibus occasione ampliatiui suppositi, quod appellaretur à Iudice Laico ad Ecclesiasticum) Ius non
27 resistit, imò potius defert consuetudini, vel præscriptioni, tùnc enim, nec immemorabilem, nec centenariam, nec quadragenariam cum titulo putati-
28 uo requiri, sed satis esse ordinariam, seù regularem præscriptionem, aut consuetudinem absque titulo putatiuo communiter distinguunt. *DD.* & signanter *Abb.*

Abb.in cap.si diligenti num. 1. *verf. sed*
ad intellectum de præscript. Fagnan. in
cap. cum Ecclesia Sutrina num. 32. &
33. *de cauf. possess. & propriet. Decius*
*conf.*134. *num.*4.*verf.non obstat*, *Fede-*
ric. de Sen. consil. 234. *num.* 3. *Ale-*
xand. consil. 68. *num.* 10. & *seqq.*
lib. 1. *Couarr. var. resol. lib.* 1. *cap.*17.
*num.*8.*verf.qua ratione*, *benè Lotter.de*
*re benef.lib.*2.*quæst.*21.*num.*48.optimè
*Spad.conf.*159.*num.*1. & *seqq.lib.*1. &
29 egregiè de more *Illustrissimus*, & *Re-*
uerendissimus D. meus Iacobus Eme-
rix Leodiensis vir Doctissimus, & *inte-*
gerrimus, & *S. Rotæ Romanæ Decanus*
vndequaque dignissimus in Gerunden.
Administrationis Sede vacante 24. *Ia-*
nuarij 1687.§.*nec magis*.
Et nihilominùs hanc antiquissimam con-
30 suetudinem appellandi fuisse ab omni
æuo, & à tempore cuius initij memoria
non existat, vel saltem adesse centena-
riam non vnius, sed plurium seculorum
patet ex superiùs in principio huius se-
cundi.

cundi fundamenti deductis, itaût exindè allegari valeat quicumque melior titulus de mundo ex innumeris, quos supra citaui *in cap.* 4. *num.* 31. *vsque ad finem*.

CAP. VII.

In comprobationem primi, & secundi Fundamenti additur argumentum ab enumeratione specierum, seù supposito qualiscunque Iurisdictionis Officialis Leodiensis, ac appellationis ab eo quomodolibet consideratæ.

SVMMARIVM.

1. *Ab Officiali Leodij considerato tamquam Ecclesiastico etiam non concurrente, multoque magis accedente consue-*

suetudine ad Ecclesiasticos est appellandum.

2. *Consuetudo quod à Laico, vel Ecclesiastico procedente vti Laico appelletur ad Ecclesiasticos non ad Imperatorem, valet, & num. 7.*

3. *Ecclesiasticus acquirit actualem Iurisdictionem consuetudine.*

4. *Consuetudinem appellandi à Laico ad Ecclesiasticum probauit Senatus Delphinatus.*

5. *Imò etiam ipse* Rosental. *olim Cameræ Spirensis Iudex.*

6. Textus in cap. si duobus de appell. *declaratur.*

8. *Et in* cap. si Clericus de for. competenti *pariter declaratur.*

9. Iason. cons. 123. vol. 1. *reprobatur, & respectiuè declaratur, & num. 10. 12. & 13.*

Franc. Marc. decis. 454. *reijcitur, & num. 11. & 13.*

Bald. in Auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. *reprobatur, & n. 12.*

14. *Cen-*

14. *Centenaria digna est speciali nota, nec venit sub indefinito, vel generali sermone.*

15. *Obseruantia plurium seculorum ante, & post Cameram Spiræ ostēdit, quod Iurisdictio Officialis Leodij etiam in causis prophanis sit Ecclesiastica, & ab eo ad Ecclesiasticos sit appellandum.*

16. *Obseruantia optima actuum humanorum interpres.*

17. *Præfertur cuicunque intellectui, qui alioquin esset de iure verior, & magis conueniens proprietati verborum.*

18. *Obseruantia interpretatiua inducitur absque rigoribus præscriptionis, & requisitis consuetudinis.*

19. *Et ad eam inducendam sufficit per quosdam actus, & aliquod tempus ità fuisse seruatum.*

20. *Obseruantia interpretatiua maioris est roboris, quando per plura secula pluribus personis, & modis inualuit, & fuit iudicialiter canonizata.*

Quæ

QVæ omnia magis comprobantur alio argumento ducto ab enumeratione specierum, seù supposito qualiscunque Iurisdictionis in Officiali Leodiensi in huiusmodi causis, seù cuiusuis
1 appellationis ab eius sententijs: Aut enim procedit tamquam Ecclesiasticus, & ab eo tamquam tali appellatur, & tunc præscindendo etiam à quacumque consuetudine, multo autem magis ea accedente indubitantèr est appellandum ad Iudices Ecclesiasticos, de quo satis dictum in vtroque fundamento.

Aut pro simplici discursu, & ad maiorem euidentiam vult supponi (quod tamèn ex hac parte absolutè negatur) Officialem in causis, de quibus agitur, procedere tamquam Iudicem ciuilem, seù Laicum, & adhùc certi Iuris est, posse per
2 consuetudinem introduci, quod à Iudice merè Laico, vel ab Ecclesiastico procedente tamquam Laico appelletur ad Ecclesiasticos non ad Imperatorem, seù Tribunalia Laicalia; sanè quod talis consue-

tudo subsistat habetur ex ipsamet *glos. exaduerso laudata in cap. solitæ verb. suscipiunt de maior. & obed.* vbi cum supposito, quod Episcopus habeat Iurisdictionem ab Imperatore in temporalibus, in quibus iudicauit, ita ait -- numquid 1
„ ergo appellabitur ab Episcopo ad Imperatorem, videtur, quod sic, tunc enim
„ cognoscit quasi ciuilis Iudex, dico, quod
„ sic nisi consuetudo sit contraria, -- *ibique Zabarell. sub num. 7. sub vers. quæro circa duodecimum, ibi* -- appellabitur
„ ad Imperatorem, nisi sit contraria con-
„ suetudo.

Est etiam *Textus punctualis in cap. licet ex suscepto de for. compet.*, *ibi* -- liceat ta-
„ mèn ipsis, qui sub eisdem consulibus ta-
„ litèr duxerint contendendum, si se in
„ aliquo senserint prægrauari ad tuam
„ (nempè Episcopi), sicùt hactenùs ser-
„ uatum est audientiam appellare -- *vbi glos. & Marian. Soccin. num: 4. in princ. ibi* -- Laicus Laicum super re ciuili co-
„ ram Ecclesiastico Iudice conuenire non

„ poteſt, niſi vbi conſuetudo hoc haberet —
& num. 4. *ibi* — conſuetudo tribuens
„ Iuriſdictionem illam tribuit ſecundum
„ qualitatem, cui defertur non ſecundum
„ qualitatem Tribunalis, à quo abdicatur,
„ & ideò ſi à ſeculari defertur ad Eccleſia-
„ ſticum, ſequitur, quod ſi de Iure Cano-
„ nico poteſt à quolibet grauamine appel-
„ lari omiſſo medio, ità & hoc caſu idem
„ ſeruabitur, *& num.* 5. *ibi* — Conſuetu-
„ do poteſt tribuere Iuriſdictionem, & ſi
„ tribuit vni quoad cauſam principalem
„ puta Eccleſiaſtico etiam illam intelligi-
„ tur tribuere quoad cauſam appellatio-
„ nis, ibique communitèr alij Canoniſtæ,
ex quibus *Fermoſin. quęſt.* 1. *num.* 2. *&*
6. *& quæſt.* 2. *per tot.* ampliat non eſſe
probandam ſcientiam Imperatoris, &
quod ſingulare eſt, bis allegat, & ſequi-
tur *Ioannem à Chokier. in vindic. libert.*
Eccleſ. toties à nobis citatum, & generà-
3 litèr, quod Eccleſiaſtico acquiratur ac-
tualis Iuriſdictio etiam ex ſola conſue-
tudine ſunt alij *Textus in cap. fin. de ex-*

cept. in 6. & in cap. quoniam de Immunit. Eccles. paritèr in 6.

Comprobatur auctoritate Senatus Laicalis
4 in Delphinatu apud *Franc. Marc. quæst. 366. num. 1. par. 2. ibi* -- quæritur an de
,, Iurisdictione temporali possit appellari
,, ad Ecclesiasticam, & dicendum est, quod
,, non, quia Iurisdictiones sunt distinctæ
,, quoad hoc, vt non appelletur de vna
,, ad aliam, nisi alitèr consuetudine, aut
,, priuilegio caueatur.

At quid plus? Ipsemet *Rosental.* iam
5 vnus ex Cameræ Spirensis Iudicibus, & exaduerso præ cæteris laudatus *in tract. de feud. tom. 2. cap. 12. conclus. 20. post. quam num. 5. & 6.* præmiserat regulam, quod ab Ecclesiastico possidente feudum, & iudicante tamquam Laico prouocetur ad Imperatorem, non ad Episcopum, vel Papam, descendit *num.* 13. ad illam declarationem, seù limitatio-
,, nem -- Si tamen in tota hac appellatio-
,, nis materia aliud quid Consuetudine,
,, aut Statuto valido obtinuerit, aut diù

,, ob-

„ obſeruatum ſit, id ratum conſeruandum „ eſſet, ſicut ferè quid ſingulare circa ap- „ pellationes omnes inductum eſſe vide- „ mus.

Neque aduerſantur duo Textus in contra-
6 rium citati, Non primus, qui potius retorquetur *in cap. ſi duobus in fine de appellat.* Licet enim dicat, quod de Iuris rigore à Iudice ſeculari non appelletur ad Eccleſiaſticum, non reijcit tamen, imò potiùs approbat conſuetudinem legitimè introductam appellandi ad Eccleſiaſticũ, prout clariùs explicat *ibid. gloſ. poſt*
7 *figurationem caſus in fin. ibi* – de vno „ foro non eſt appellandum ad alium fo- „ rum niſi conſuetudo aliud inducat – & inibi communiter exponunt DD. & ſignanter *Abb. num.* 8. in illis verbis – „ Nota valere conſuetudinem, vt de ſecu- „ lari Iudice appelletur ad Eccleſiaſticum, *Felin. vbi inter alias limitationes hanc adducit num.* 5: *in princ. ibi* – quando „ conſuetudo dictaret, quod inter Laicos „ indiſtinctè appellaretur ad Papam per

„ Tex.

,, Textum apertum hic non guſtatum per ,, Doctores , *&* *ibi* -- conſuetudo dat Iu- ,, riſdictionem non habenti, multo magis ,, habenti ſaltem habitu, *Barboſ. num. 5. ſub* §. *denique* , *ibi* -- appellans à Iudice ,, temporali ad Papam appellatio non te- ,, net de iure,ſecus verò de conſuetudine -- & *Alagon. in fin. ibi* -- qui appellat à Iu- ,, dice temporali ad Papam appellatio non ,, tenet de iure,de conſuetudine verò ſic.

Nec ſecundus qui exaduersò inducitur à ſi-
8 mili *in cap. ſi clericus de for. compet.* cum ſuppoſito , quod ibi reijciatur conſue- tudo , qua Laicus reus poſſit conueniri coram Iudice Eccleſiaſtico,quando com- munis ſenſus Doctorum illum exponen- tium eſt, quod talis conſuetudo ibidem non reprobetur , ſed debeat prorsùs ſer- uari, vt ibi notant præcœteris *Ioan. de Anan. num. 3. Abb. nu. 5. & 7.* amplians quando cauſa non eſt feudalis *Zabarell. ſub num. 2. Io: de Imol. in princip. & num. 1. Bellamer. num. 2. poſt med. Bar- bat. num. 12. Fagnan. num. 30. & ſeqq.*

Gra

Grananiet. nu.3. in fin. Barbos. num.5. & Fermosin. in princip. num. 3. & qu. 2. num. 1. & Spad. cons. 159. num. 3. & 4. lib. 1.

Minùs merentur attendi *Iason. pro pun-*
9 *ctuali commendatus in cons. 123. vol. 1. Bald. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. Franc. Marc. decis. 454. num. 30. & 31. & Mart. de Iurisd. par. 4. cas. 198. num. 2.* innuentes, quod Ius appellandi ad Superiorem præscriptione, vel consuetudine non tollatur, quia incomparabilitèr, & longè maioris auctoritatis sunt Textus, & rationes pro con-
10 suetudine appellationis adductæ, & tamèn auctoritas *Iasonis* est consulentis, & sic leuissima, præsertim dùm potissimum fundamentum facit in particulari transactione, ad cuius tenorem ad Principem secularem non ad Superiorem Ecclesiasticum debebat appellari, & supponit, quod ille Vicarius temporalem, & Ec-
11 clesiasticam simùl exerceret Iurisdictionem, *Franc. Marc.* insistit facto non

pro-

probatæ consuetudinis, & vix per simplex verbum, licet, tangit conclusionem Iuris, ideòque tanquam obiter innuens non merebatur allegari; Cœteroquin
12 de opinione *Iasonis*, *&* *Baldi* valdè dubitat *Cacheran.* exaduerso adductus licet scriberet pro Iurisdictione Laicali *cons.* 3. vt videre est *sub num.* 16. *vers. sed quia prædictus articulus dubitabilis est*.

Addo tamen ex abbundanti, quod eo mi-
13 nùs aduersantur dicti duo *Textus* (qui potiùs retorquentur) necnon *Iason.*
14 *Mart.* *&* *Marc.* quia non loquuntur de centenaria, quæ digna est speciali nota, nec sub quocumque indefinito, vel quantumuis generali sermone comprehenditur per optimā *glos. in* §. *de cætero in fin. Auth. vt de cæter. commut. Eccles. rer.* vbi explicando illa verba *Textus*, nulla temporis præscriptione, excipit centenariam, vbi *Angel. num.* 1. idem *Angel. in l. non solum num.* 1. *ff. de vsucap.* *Bald.* *in leg. vnica num.* 7. *C. de annal. except.*

Felin·

Felin. in rubr. de præscript. n. 18. *Dec. consf.496.num.9.vers. & maximè, Tiraquel. de retract. conuent.* §. 1. *glos.2. num.25. Boer. decis.39. nu.11. & 12. & Afflict. decis. Neap.254. n.5.*

Aut denique pro complemento enumera-
15 tionis specierum, seù Iurisdictionum vellet dici, seù supponi, quod esset dubium (prout alioquin est nimis perspispicuum) vtrum Officialis procedat in dictis causis auctoritate Laicali, vel Ecclesiastica, & an, & quomodò sit ab eo ad alios Iudices appellandum, & tunc nonnè obseruantia tot seculorum, iuxta quam ante, & post erectionem Cameræ Spirensis Officialis habitu modo, loco, intentione, & nuncupatione tanquam Ecclesiasticus processit, & ab eo ad Superiores Ecclesiasticos fuit toties appellatum cum multiplicatis reiectionibus appellationum ad Cameram Spirensem interiectarum, dilucidabit quamcumque vmbram, seù mendicatum prætextum dubietatis, & interpretabitur Iurisdictio-

M nem

nem Officialis fuisse etiam in his causis merè Ecclesiasticam, & ab eo tamquam tali ad Superiores Ecclesiasticos fuisse appellatum, & esse appellandum? Porrò
16 obseruantia est optima, magisque fida actuum humanorum interpres *l. si de interpretatione, & l. seq. ff. de legib. & l.*
17 *quædam, ff. de reb. dub.* & propterea præfertur cuicunque contrario intellectui, etiamsi iste esset alioquin de iure verior, magisque conueniret naturæ, seù proprietati verborum, *Crauet. in respons. pro genero num. 317. vers. vsque adeò Menochius consil. 390. num. 20. Honded: cons. 92. nu. 27. & seq. lib. 1. & cons. 35. num. 34. lib. 2. Cardin. de Luca de benefic. disc. 27. num. 18. & Royas decis. 279. num. 7.*

Quod si huius interpretatiuæ obseruantiæ ea est natura, illudque beneficium, quod
18 nec indigeat rigoribus præscriptionis, nec requisitis consuetudinis, sed faciliùs inducatur, sufficiatque ad eius limites per
19 aliquod tempus, & per quosdam actus

fuisse

fuisse quoquo modo obseruatum *Alexand. cons.8. num.7. lib. 6. Dec. in cap. cum M. Ferrariensis num. 23. 26. & seqq. de constit. Castren. cons.347. n.4. lib.1. Card. de Luca de emphyt. disc.28. n.13. & 14. Buratt. decis.390 n.3. & Cels. decis. 190. n.7.* Quanto certius de-
20 bebit præualere, & attendi nostra obseruantia, quæ per tot secula, tot personis, & in tot modis, & actibus inualuit, fuitque nedum à Tribunalibus Ecclesiasticis, sed etiam Laicis, & ab ipsa Camera Spiræ toties canonizata *Bonden. de iur. contr. collust. legal.44. nu.22. & seqq. & præsertim num.25. & Rota dec.71. num.3. 4. 5. 9. vers. huiusmodi, & 27. & 32. par.19. recent.*



CAP. VIII.

Tertium Fundamentum, quod ſicut conceditur in his cauſis ab Officiali Leodij appellari ad Officialem Archiepiſcopi Coloniæ, ità negari non valet, eas eſſe iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, illarumque appellationes ad Superiores Eccleſiaſticos, prout de Iure deuolui.

SVMMARIVM.

1. *Appellatio ab Officiali ſuffraganei ad illum Metropolitani concludit, cauſas eſſe Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, illarumque appellationes ad Superiores Eccleſiaſticos deuolui.*
2. *Appellatio in cauſis abſolutè prophanis non datur à ſuffraganeo ad Metropolitanum.*

3. Ar-

3. *Archiepiscopus Coloniæ nullam laicalem superioritatem habet Leodij, &* num. 7. & 53.

4. *Sed solum Ius Metropoliticum, quod est Ecclesiasticum, & à Sede Apostolica dependet.*

5. *A Scabinis Leodij non appellatur ad Curiam Metropoliticam.*

6. *Sed ad Consilium Laicale Leodij, & subindè ad Cameram Spiræ.*

8. *Officiales Leodij, & Coloniæ non possunt considerari nisi vti Ecclesiastici in appellationibus ab illo ad istum.*

9. *Appellatio datur ab inferiori ad Superiorem.*

10. *Inter Iudices, à quo, & ad quem debet esse gradualis, & correlatiua subordinatio.*

11. *Ius Metropoliticum non dependet ab Imperio.*

12. *Hierarchia Ecclesiæ militantis instituta ad instar triumphantis.*

13. *Ecclesiæ triumphanti præsidet solus Deus.*

14. *Mi-*

14. *Militanti solus Papa.*
15. *Papa est Caput Ecclesiæ, Pater Patrum, ac supremus Sacerdos, & Princeps, & vnus omnium Pastorum Pastor.*
16. *Et Sponsus Ecclesiæ Romanæ.*
17. *Ecclesia Romana Mater, & Caput omnium Ecclesiarum.*
18. *Omnes Ecclesiæ correlatiuam subordinationem desumunt à Romana sicut membra à Capite.*
19. *Omnes Ecclesiæ Orbis sunt vnus Thalamus Christi.*
20. *Ecclesia Romana aliarum Primatum obtinuit Euangelica voce Saluatoris.*
21. *Papa quam figuram gerat in Ecclesia, & quibus titulis condecoretur ex sententia Diui Bernardi.*
22. *Hierarchia Ecclesiastica instituta fuit à Christo Monarchica vti perfectior.*
23. *Affertur locus Euangelij Matthæi 16.*
24. *Monarchiæ Ecclesiasticæ, & illius præcipuis gradibus cuiusmodi est Metropoliticus, præsidet solus Papa.*

25. *Non autem alter, & præsertim laicus.*
26. *Imperator in spiritualibus subest Papę.*
27. *Iurisdictio Officialis Coloniæ est Ecclesiastica.*
28. *Vsus censurarum demonstrat, quod vtens sit Ecclesiasticus.*
29. *Est signum vniuocum Iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
30. *Censuræ relaxantur à solo Superiore Ecclesiastico.*
31. *Non autem à Laico, seù procedente tamquam Laico.*
32. *Et pro causis Iurisdictionis, seù fori Ecclesiastici, non autem Laicalis.*
33. *Excommunicandi facultas non dependet ab Imperio, nec potest ab Imperatore concedi.*
34. *Sed solum à Papa.*
35. *In appellationibus etiam causarum prophanarum ab Officiali Leodij ad illum Coloniæ inscribitur titulus Metropoliticus.*
36. *Titulus Metropoliticus contradistinguit Iurisdictionem Ecclesiasticam à Laicali.*

37. *In-*

37. *Inscriptio qualitatis Ecclesiasticæ exclusionem secularis ostendit.*
38. *Officialis Coloniæ Consistorium Archiepiscopale, non Electorale appellatur.*
39. *Officialis Coloniæ in Constitutionibus, & Statutis re, & verbis describitur Ecclesiasticus.*
40. *Et in illis cauetur, ne in alijs, quam Ecclesiasticis causis se intromittat.*
41. *Officiales Coloniæ, & Leodij esse Ecclesiasticos fatetur scribens pro Iurisdictione Laicali.*
42. *Cum Iurisdictione Ecclesiastica Officialis Leodij consonat, quod talis sit etiam illa Officialis Coloniæ in gradu appellationis.*
43. *Appellatio diuersificat instantiam non naturam causæ, seù Iurisdictionis.*
44. *Styli nedum in Imperio, sed in vnica Prouincia, imò Ciuitate plerumque diuersi, seù contrarij.*
45. *In stylis, & vsibus non datur extensiua illatio de loco ad locum, & 47.*
46. *Sed strictissimè in suis locis, & casibus dum-*

dumtaxat obseruantur.

48. *Extensio illorum eo minus intrat contra assistentiam Iuris, & antiquam obseruantiam iudicialitèr canonizatam.*

49. *Ab Officiali Coloniæ ad Superiores Ecclesiasticos appellatum fuisse probatur.*

50. *Decreta Synodalia, & Prouincialia Coloniæ edita de anno* 1423.

51. *In illis determinatur, quod in appellationibus à suffraganeis seruetur ius commune, & signantèr* cap. Romana de appell. in 6.

52. *Vnde infertur Curiam Coloniæ vti Metropoliticam, eiusque Officialem vti Ecclesiasticum in his causis considerari.*

1 DEuenio ad Tertium non minùs validum, ac æquè insuperabile fundamentum, quod nempè sicut Camera Spirensis, eique adhærentes fatentur à sententijs Officialis Curiæ Episco-

palis Leodij ritè, & rectè appellari, & appellandum esse ad Officialem Archiepiscopi Coloniæ, nunquam poterunt citra irrefragabilis veritatis manifestam contorsionem diffiteri, quin huiusmodi causæ sint Iurisdictionis Ecclesiasticæ, illarumque appellationes ad omnes Superiores Ecclesiasticos, proùt Iuris fuerit, debeant deuolui, vt indiuidualitèr habetur apud *Ioann. Chokier in d. tract. vindic. libert. Eccles. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 11.

Quisque enim facillimè percipit, quod si
2 ageretur de causis, vel Iurisdictionibus verè prophanis, non posset indubitantèr appellari à Curia Episcopali Leodij ad Metropoliticam Coloniæ, quæ vt est
3 omnibus notum, nullum prorsus temporale Ius, nullamque imaginabilem Laicalem superioritatem habet in Episcopum, vel Principem Leodiensem, eiusque Officialem, & subditos, sed dumta-
4 xat Ius Metropoliticum merè Ecclesiasticum erga istum, & alios suos suffraganeos à Sede Apostolica dependens, de

quo

quo specialitèr agitur *in cap. sicut il secondo, ubi glos. verb. ad Coloniensem, & Gonzal. eruditè de more discurrens nu. 3. de Simon.*

Cuius alioquin patentissimi assumpti si desideratur euidentior, & palmaris demonstratio, placeat aduertere, quod à senten-
5 tijs Scabinorum, qui sunt Iudices seculares Leodij in prima instantia, nunquam fuit appellatum, nec potest appellari ad Archiepiscopum Coloniæ, seù
6 eius Officialem, sed semper fuit appellatum ad Consilium Ordinarium Laicale eiusdem Ciuitatis, & subindè ad proportionem summæ, ad quam litis valor ascendebat, ad Cameram Spiræ, signum
7 euidens, quod Curia Archiepiscopalis in causis verè prophanis Leodij nullum prorsus ius superioritatis, seù appellatio-
8 nis sortitur, quodque quando ab Officiali Leodij ad Officialem Metropolitani appellatur, non possunt Iudices à quo, & ad quem alitèr pernecessè considerari, quam vti merè, & absolutè Ecclesia-

ſtici, alioquin citrà neceſſitatem, & contra omnia iuris principia irreperet diſparata, ſaltuaria, irregularis, ac acephala Iuriſdictionum confuſio, contra quam in ſpecie exclamat *Bocer. de Iuriſdict.*
9 *cap.* 3. *num.* 49. quando omnia iura clamant, & praxis omnium Tribunalium Orbis edocet, ipſaque eſſentialis natura appellationis neceſſitatem inducit, quod ab inferiori ad Superiorem gradatim in-
10 terponatur, itaut inter Iudicem à quo, & ad quem gradualis, & correlatiua ſubordinatio intercedat *L.* 1. §. *ſi quis, ff. de appellat.* §. *illo videlicet, Auth. de appell. & intr. quæ temp. appell. deb. can. anteriorum* 2. *quæſt.* 6. *& can. cuncta per mundum* 9. *quæſt.* 3. *Fagnan in cap. ſignificaſti num.* 59. *&* 60. *de elect.*

11 Abſit, nec amplius dicatur, quod ius Metropoliticum dependeat ab Imperio,
12 nàm ad inſtar Hierarchiæ triumphantis, vt Caſtrorum acies ordinata, fuit Diuina ordinatione inſtituta Hierarchia Eccleſiæ militantis, *Can. ad hoc diſtinct.* 89. *cap.*

fun.

fundamentum de elect. in 6. & Concilium Tridentinum sess. 23. de Sacram.
13 *Ordin. cap.4. & can.6.* itaut sicut in il-
14 la solus Deus, ità in ista præsidet solus Papa iuxta *glos. in clement. fin. verb. Ecclesiæ de hæret. in 6. Fagnan. in cap. significasti de elect.* qui propterea dicitur,
15 & est eius Caput, Pater Patrum, supremus Sacerdos, & vnus Princeps, seù omnium Pastorum Pastor, *glos. in probem. clement. verb. Papa in fin. & Fagnan. in cap. præterea num. 29. extr. ne Præ-*
16 *lat. vic. suas*, ac Ecclesia Romana, cuius ille Sponsus existit, *cap. quoniam de im-*
17 *munit. Eccles. in 6.* Mater est, & Caput omnium aliarum Ecclesiarũ adeoùt sicut
18 membra à capite, ità istæ ab illa procedant, & correlatiuam normam, seù subordinationem iuxtà canonicas graduationes, ac determinationes desumant *can. 1. & 2. distinct. 12. can. omnes, & can. seq. distinct. 22. & can. dudum 3. quæst. 6.*

» Quamuis enim vniuersę per Orbẽ Catho-

licæ

19 licæ Ecclesiæ vnus Thalamus Christi
,, sint, Sancta tamen Romana, Catholica,
,, & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis
,, constitutis cœteris Ecclesijs prælata est,
20 sed Euangelica voce Domini, & Salua-
,, toris nostri Primatum obtinuit -- Sunt
verba præcisa Gelasij Summi Pontificis omnibus Ortodoxis Episcopis scribentis relata *in can. quamuis distinct.* 21.
Vndè *Diuus Bernardus de consider. ad Eugenium III. lib.* 1 *.cap.* 9. -- Indagamus,
,, inquit, adhùc diligentiùs quis sis, quam
,, geras videlicet Personam in Ecclesia
21 Dei: Tu es Sacerdos magnus, Summus
,, Pontifex, tu Princeps Episcoporum, tu
,, hæres Apostolorum, tu Primatu Abel,
,, tu gubernatu Noè, Patriarchatu Abra-
,, ham, Ordine Melchisedech, Dignitate
,, Aaron, auctoritate Moyses, Iudicatu Sa-
,, muel, Potestate Petrus, vnctione Chri-
,, stus, tu es, cui claues traditæ, cui oues
,, creditæ sunt, sunt & alij quidem Ianito-
,, res, & gregum Pastores, sed tu tanto
,, gloriosius, quanto & differentius vtrum-

que

„ que præ illis nomen hæreditasti: Habent
„ illi assignatos sibi greges, singuli singu-
„ los, tibi vniuersos credidit vni vnus, nec
„ modo Ouium, sed & Pastorum tu vnus
„ omnium Pastor; Hæc *Bernardus*.
Implicaret propterea nimiam, & absurdam
22 contradictionem, quod in Hierarchia Ecclesiastica, quam Monarchicā vti perfectiorem constituit Christus Dominus,
23 quando, vt apud *Matth.* 16. dixit -- Tu
„ es Petrus, & super hanc Petram edifica-
„ bo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues
„ Regni Cœlorum, & quodcunque liga-
„ ueris super Terram erit ligatum, & in
„ Cœlis, & quodcumque solueris super
„ Terram, erit solutum, & in Cœlis, & est
communis sensus *SS. Patrum*, & signanter *D Hieronymi epist.* 4. *Sancti Athanasij in orat. contr. Gent. cap.* 76. *S. Tho. par.* 1. *quæst.* 103. *art.* 3. *& lib.* 3. *contr. Gent. cap.* 76. & comprobant *Cardin. Bellarm. lib.* 1. *de Roman. Pontif. Ecclesiast. Monarch. cap.* 10. *per tot. & Fagnan. in cap. significasti num.* 35. *cum seqq.*

seqq. de elect. & Anton. Pauluc. in Iurisprud. Sacr. tom. 1. cap. 10. per tot.

24 adesset qui vltra Romanum Pontificem eiusdem Monarchiæ gradibus præsertim verò excellentiori, proùt sunt Episcopalis, & Metropoliticus præesset, & super-

25 addita monstruositate esset Laicale Imperium, quod eidem Metropolitico Spirituali Iuri, seù gradibus Ecclesiasticis præsideret contra Sacrorum Canonum sanctiones, & præsertim *Concilium Tridentinum d. sess. 23. cap. 4. de Sacram. Ordin.* cum latè deductis *per Card. Bellarmin. supracitato lib. 1. de Roman. Pontif. Eccles. Monarch. cap. 7. per tot.*

26 quando è conuerso certi iuris est Imperatorem in Spiritualibus subesse Summo Pontifici per *Textus in cap. omnes Principes, & cap. solitæ de maiorat. & obed. can. duo sunt, & can. si Imperator distinct. 96. Fagnan. in cap. conquærente num. 13. de offic. Ordin. & cap. ex Epistolæ num. 2. vers. sed in Spiritualibus de probat.*

Fru-

Fruſtrà itaque dicitur, quod dùm in Sereniſſimo Electore Coloniæ concurrit vtraque qualitas, Metropolitani ſcilicet, & Principis ſecularis, cenſeatur quod Officialis Coloniæ in appellationibus ab illo Leodij interpoſitis procedat vti Laicus, nō vti Eccleſiaſticus, nec obſtet nominatio qualitatis Metropoliticæ, cuius tamquam dignioris expreſſio non excludat vſum poteſtatis ſecularis, licet non expreſſæ: Huiuſmodi ſiquidem diſcurſus ſupponit id, quod eſt in quæſtione, ſeù veriùs id, cuius contrarium patet ex mox animaduerſis, & comprobatur ex ijſdem
27 qualitatibus Eccleſiaſticis concurrentibus in Officiali Curiæ Archiepiſcopalis Coloniæ, ex quibus ſuperiùs oſtendimus Iuriſdictionem Officialis Leodij eſſe Eccleſiaſticam.

Quia verò aliquid exaduerſo adducitur pro
28 euitando obice cenſurarum Eccleſiaſticarum, quibus Officialis Coloniæ in his cauſis vtitur, & conſequentèr vti Eccleſiaſticus qualificatur, cogor indicare

O vnum

29 vnum ex primis principijs, quod nempè
vſus cenſurarum eſt ſignum vniuocum,
& Categoricum Iuriſdictionis Eccleſia-
ſticæ, cum relaxentur à ſolo Iudice, ſeù
30 Superiore Eccleſiaſtico *cap. cum ab Ec-*
cleſiarum, vbi gloſ. & DD. de offic. Or-
dinar. & cap. cum in Eccleſijs de maior.
& obed. Couar. in cap. Alma mater par.
1. §. 11. num. 1. de ſent. excom. Vgol. de
cenſur. tab. 1. §. 10. num. 1. & 2. Caſtro-
pal. oper. moral. tom. 6. tract. de cenſur.
diſp. 1. punct. 3. & 4. & Pelſ. in proceſſ.
iudic. tract. de Iuriſd. Epiſc. German.
31 *tit. 7. ſub num. 1. fol. 754.* non autem
à Laico, ſeù procedente tamquam Laico
Can. benequidem, §. maximus, vbi gloſ.
verb. Laico diſtinct. 96. gloſ. in Can. præ-
ter verb. Duci diſtinct. 92. & Concil.
Trident. ſeſſ. 25. cap. 3. de reformat. ac
32 pro cauſis Iuriſdictionis, ſeù fori Eccle-
ſiaſtici, non autem Laicalis, *Soccin. in*
cap. cum ſit generale num. 15. de for. com-
pet. Sperel. deciſ. 98. num. 27. et Franceſ.
de compet. iuriſd. int. Cur. queſt. 87. num.
11. et 12. Im-

Impoſſibile igitur eſt, quod hæc facultas,
33 ſeù vſus excommunicandi poſſit dependere ab Imperio, ſeù competere Iudici ſeculari, cum nequeat Iudici Laico, ſeù procedenti tamquam tali ab Imperatore, ſeù ab Imperio cōcedi, quippe nemo dat,
34 quod non habet, ſed dumtaxat à Summo Pontifice ſpiritualium Diſpenſatore, *gloſ. in d. Can. prętèr verb. Ducibus diſt. 32. et in citato Can. benequidem, §. maximus verb. Laico, vbi Barboſ. n. 4. diſtinct. 96. Abb. in cap. Eccleſia S. Marię n. 6. de conſtit. Bellett. diſquiſ. cleric. par. 1. de fauor. Cleric. perſon. §. 1. n. 37.* quod etiam comprobatur auctoritate Cameralium met, & ſignantèr *Petri Denaiſis de Iure Camerali tit. 49. num. 4. & 5. & Gaſp. Vuil. Scip. in Method. &c. verb. Bannus Eccleſiaſticus.*

Ad quid autem teritur tempus in inueſtiganda natura, ſeù qualitate Iuriſdictionis, cum qua in his cauſis procedat Officialis Coloniæ, dum vltra præfatas demonſtrationes in huiuſmodi appellatio-

35 nibus inſcribitur, & inſcribi ſemper conſueuit titulus Metropoliticus, cuius proindè expreſſio non poteſt ſtare pro ſimplici demonſtratione maioris dignitatis, prout cum ſuppoſito, quod eſſet euidens, actum ex alia cauſa, quam expreſſa competere, & expleri loquuntur *Felin.* & alij in contrarium citati, ſed pro categori-
36 ca dilucidatione, ſeù contradiſtinctione Iuris Eccleſiaſtici exerciti per Officialem à Iuriſdictione Laicali per Iudices ſeculares Coloniæ exiſtentes adminiſtrata,
37 prout ab inſcriptione qualitatis Eccleſiaſticæ excluſionem ſecularis deducit *Rota deciſ.* 50. *num.* 22. *&* 23. *par.* 5. *recent.* & confert *deciſ.* 905. *num.* 7. *verſ. minùs obſtat*, *& num.* 8. *coram Dunoz.*
38 *Iun.* Iſtaque de cauſa Conſiſtorium Officialis Archiepiſcopi Colonienſis non Electorale, ſed Archiepiſcopale nuncupari aduertit *Ioan. à ChoKier in d. vind. libert. Eccleſ. par.* 1. *cap.* 12. *num.* 19. Om-
39 neſque Conſtitutiones, & Statuta Curiæ Metropoliticæ Colonienſis re, & verbis de-

describunt,& qualificant eumdẽ Officialẽ vti merè, & dumtaxat Ecclesiasticum,
40 & vlteriùs progredientia determinant,ne Officialis in alijs, quàm Ecclesiasticis, non autem secularibus se intromittat.
Repetere hic mihi liceat confessionem Do-
41 mini exaduersò Scribentis, *ibi*-- Non
„ diffiteor quidem quin vterque meus Co-
„ loniensis, & Leodiensis Officiales sint
„ Iudices Ecclesiastici -- & huic confessioni superaddere iuridicam consonantiam inter Iurisdictionem Officialis Leodij in
42 in prima instantia, quam esse Ecclesiasticam, & per plura secula tamquam talem exercitam fuisse in his causis satis probaui in Cap. IV. & inter Iurisdictionem Officialis Coloniæ in gradu appellationis à sententijs Officialis Leodij;ap-
43 pellatio siquidem diuersificat solam instantiam à Iudice inferiori ad Superiorem, non autem naturam causæ,seù speciem Iurisdictionis, quæ semper vna eademque permanet *glos. in l. ità demùm verb. agitur, vbi Salyc. in fin. & l. inuitus.*

tus num.15. C. de Procurat. Burat. dec. 217. num. 5. & Coccin. dec. 42. num. 6. & dec. 123. num. 9.

Potuisset omitti, quod sicut ab Officialibus Coloniensi, Treuirensi, Monasteriensi, & Osnaburgensi in causis prophanis inter Laicos non appellatur ad Nuncios Apostolicos, & Curiam Romanam, ratio solida inueniri nequeat, quare aliud de Officiali Leodiensi in similibus causis iudicante veniat statuendum. In iure
44 enim vulgata est conclusio, quod styli, qui nedùm in Imperio tot statibus composito, sed in vno Regno, imò in vnica Prouincia, & quod magis est in vna, eademque Ciuitate pluribus Tribunalibus recta, sunt inter se diuersi, & aliquando
45 contrarij, non admittunt hanc ratiocinatiuam extensionem, nec vllam illationem de loco ad locum, de Curia ad Curiam, de Persona ad Personam, nec de casu ad casum, sed strictissimè in suis lo-
46 cis, Curijs, Personis, & casibus dumtaxat obseruantur *Decius conf. 483. nu. 22.*

Card.

Card. de Luca de benefic. disc. 13. *num.* 8. *disc.* 29. *num.* 23. *disc.* 30. *num.* 12. *& disc.* 65. *num.* 16. vbi, quod ex vsu
47 plurium Diœcesum Germaniæ non infertur ad alias, in quibus diuersus, vel saltem non ille vsus inualuerat, *& Sera-*
48 *phin. decis.* 1158. *num.* 6. Maximè, quia ex assistentia Iuris, & obseruantia tot seculorum in contradictorio iudicio etiam per Cameram Spiræ canonizata, eo magis apparet exorbitans argumentatio ab vno ad alium locum, vt præter allegatos *Rot. dec.* 214. *n.* 19. *&* 20. *par.* 7. *recent.*

Hinc opus non est respondere in facto, in quo plura possent adduci, ad contrarium suppositum, quoad alios Officiales, cum non cadant sub præsenti inspectione, in qua tamen cum Officialis Coloniæ representet personam, & in suis respectiuè casibus consideretur tanquam Iudex ad quem, & tanquam Iudex à quo, non possum respectu memorati Officialis Coloniæ non negare figuratum suppositum, cuius insubsistentia probatur

49 etiam

49 etiam ex ipso *Mindan.* alioquin Iurisdictionis secularis acerrimo Defensore relato per *Ioannem Chokier in d. tractat. Vindic. libert. Eccles. par. 1. cap. 26.* vbi postquam loquutus fuit de Iurisdictione Officialis Leodij *num. 16. & 17.* ità subdit -- vbi partium consensu proroga-
„ ta est Iurisdictio Iudicum Ecclesiastico-
„ rum, certum est sententias non retracta-
„ ri in Camera; nec ad eam deuolui, teste
„ *Mindan. de process. lib. 1. cap. 11.* de
„ quo extat celebre præiudicium ipsius
„ Cameræ in Causa Illustrissimi Comitis
„ de Vvarfusee contra Dominum de Ro-
„ cour ratione Baroniæ de Elderen: Acce-
„ dit aliud prejudicium apud eumdẽ *Min-*
„ *dan.* cuiusdam Viduæ Catherinæ Vve-
„ bers, quæ post sententiam Officialis Co-
„ loniensis (*notentur hęc verba*) & post-
„ modum in instantijs vlterioribus coram
„ Iudicibus Apostolicis litigarat, & nomi-
„ natim coram Decano Ecclesiæ S. Geor-
„ gei Coloniensis Iudice Pontificia aucto-
„ ritate Delegato condemnata ad Came-

„ ram

„ ram pro processibus obtinendis habuit „ recursum, super quo DD. Assessores tule- „ runt hoc votum in Consilio Vberpsler- „ geñ, quamuis ex actis simul cum sup- „ plicatione productis constet Viduam „ hanc iustam habere causam, quia tamen „ adhùc res non est integra, sed vidua in „ Iurisdictionem Delegatorum Pontificis „ consenserit, eamque approbauerit, & „ postea à sententia Legati huc appella- „ uerit, cum de iure ad Delegantem ap- „ pellare debuisset, non videtur Iurisdictio „ Cameræ fundata, idcircò processus de- „ negati: ita habetur *in Simphor. supplicat. Camer. tom. 1. par. 2. tit. 7. in fine:* Ha- ctenus *Chokier*, *qui in loco mox citato num. 36. 37. & 38.* testatur de alijs si- milibus præiudicijs Cameræ Spirensis, istamque consuetudinem viguisse, & originem ducere, etiam antequam Con- sistorium Spirense de anno 1495. esset erectum, & *num. 39.* quod posset suum assumptum probare infinitis exemplis, nisi otio Lectoris abuti vellet: Prout

etiam de alia celeberrima causa iudicata in prima instantia per Officialem Leodij, & in gradu appellationis per Officialem Coloniæ, & deindè per Nuncium Pontificium, & respectiuè Sedem Apostolicam testatur *Stephan. Rausin. in d. Leodio lib. 2. cap. 26. ad fin. fol. 574.*

Non benè ergo constanter supponitur, ab Officiali Coloniæ minimè appellari ad Nuncios, seù Delegatos Apostolicos, & S. Sedem, quando contrarium patet ex plurimis, & præcipuè ex dictis exemplis, imò votis ipsius Cameræ Spirensis; & hic benè recurrunt omnia iam adducta, & probata quoad Iurisdictionem, & qualitatem prorsùs Ecclesiasticam, seù Metropoliticam Curię Archiepiscopalis Coloniæ, necnon eius Officialis, sed vt rem in indiuiduo perstringam, adducendo aliquid, quod plurium seculorum antiquitatem, & præcisam materiam appellationis à Iudice Ecclesiastico iudicante in causis temporalibus, concludat, super-
50 addo decreta Synodalia, & Prouincialia

Metropolis Coloniensis edita de anno
1423. & sic longè ante Cameram Spi-
rensem annò 1495. erectam, quorum
decretorum Typis etiam datorum de
anno 1654. verba ad rem sunt -- Item
„ statuimus, quod Officialis noster Colo-
„ niensis, qui fuerit pro tempore, in cau-
51 sis appellationum, quæ ad Curiam no-
„ stram ab audientia suffraganeorum no-
„ strorum, seù eorum Officialium deuol-
„ uantur, seù hactenus sunt deuolutæ, ser-
„ uet Iura communia, & maximè illa, quæ
„ introducta sunt per fel. record. Innocen-
„ tium Papam IV. quæ hodiè sunt inser-
ta in 6. *decretalium* nempè *in cap. Ro-
mana de appell.*

Frustra igitur asseritur Ius Metropoliticum
52 dependere ab Imperio, & appellationes
causarum prophanarum inter Laicos ab
Officiali Leodij ad Curiam Officialis Co-
loniæ non tamquā Metropoliticam, sed
vti Laicalem deuolui, quando ex dispo-
tione *Concilij Generalis, de quo in d. cap.
Romana de appellat. in 6.* particulariter

approbati in memoratis Decretis Synodalibus, & Prouincialibus Coloniæ, manifestè patet huiusmodi appellationes vti Ecclesiasticas, Episcopum Leodij, seu eius Officialem vti suffraganeum, Archiepiscopum verò Coloniæ vti Metropolitanum, eiusque Officialem vti Ecclesiasticum, non autem vti secularem considerari, imò nec posse vllo modo considerari, nedum quia repugnat tenor Decretorum, sed etiam quia Archiepi-
53 scopus tamquam Princeps nullam habet Iurisdictionem Laicalem, nullamque superioritatem feudalem, vel temporalem erga eius suffraganeos, & signanter illum Leodij, minusque erga eorum subditos.



CAP.

CAP. IX.

Quartum Fundamentum ex ipsis actibus Laicalibus.

SVMMARIVM.

1. *Vsus appellationum ab Officiali ad Ecclesiasticos in causis prophanis pluries canonizatus à Camera Spiræ.*
2. *Actus, & confessiones emissæ contra propriam Iurisdictionem magis concludunt.*
3. *Iurisdictionem Ecclesiasticorum in causis ciuilibus Laicorum particularibus legibus probarunt Imperatores Arcadius, Honorius, & Theodosius.*
4. *Carolus Magnus confirmauit, & seruari mandauit constitutionem Theodosij super Iurisdictione Ecclesiastica in Laicos.*
5. *Constitutiones magis vrgent, quando plurimum seculorum vsu roborantur.*

6. Con.

6. *Consuetudines exemptiones, & Iurisdictiones Leodij confirmarunt Maximilianus Primus.*
7. *Carolus Quintus.*
8. *Et Maximilianus Secundus.*
9. *Quæ confirmationes potiùs actum Iustitiæ, quàm gratiosum Priuilegium important.*
10. *Priuilegia non valent reuocari in præiudicium Iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
11. *Maximilianus I. & Carolus V. correspectiua confirmatione consuetudinum curarunt allicere Leodienses, vt ad nouum Spiræ Tribunal in cæteris accederent.*
12. *Ideò Priuilegium dictæ confirmationis transiuit in contractum.*
13. *Priuilegium, quod inter Principem, & subditos transit in contractum, non potest alterari.*
14. *Diplomata Imperialia circa accessum Leodiensium ad Cameram Spiræ non faciunt mentionem Officialis.*

15. Ec-

15. *Ecclesiastici non comprehenduntur sub quocumque licet generali sermone Sanctionum Laicalium.*

16. *Diplomata prædicta non prohibent appellationem ab Officiali Leodij ad Ecclesiasticos.*

17. *Dictio* nisi *est aduersatiua, & inducit formam exclusiuam aliarum specierum preter expressas.*

18. *Antè, & post Cameram Spiræ, & dicta Diplomata ab Officiali Leodij in causis propbanis non ad Consilium, sed ad Superiores Ecclesiasticos fuit appellatum.*

19. *Obseruantia proxima actibus, & procedens ab illorum auctoribus, & sic informatis præfertur remotissimæ innouationi.*

20. *Centum grauamina anni 1522. magnificata fuerunt ab aliquibus, qui obedientiam Sanctæ Sedis excusserant, & meditabantur excutere.*

21. *Non agunt præcisè de appellationibus ab Officialibus in causis propbanis, & n. 22. & 24.*

22. *Ideo-*

22. *Ideoque comprobant, quod vſus Leodij præſertim à dd. Imperatoribus contemporaneè confirmati, eſſent iuridici.*

23. *Obſeruantia interpretatiua inducitur etiam ex non facto.*

24. *Quadam conſtitutione Imperiali anni 1555. ſancitur, quod Eccleſiaſtici Iuriſdictionem iuxta ſingulorum locorum conſuetudinem exercere continuarent.*

25. *Obſeruantia interpretatiua inducitur etiam ex non facto.*

26. *Quadam conſtitutione anni 1555. ſancitur, quod Eccleſiaſtici iuriſdictionem iuxta ſingulorum locorum conſuetudinem exercere continuarent.*

SVpereſt quartum Fundamentum, quod ad maiorem rei euidentiam etiam ex ipſis actibus Laicalibus adſtruitur: Sup-
1 pono in primis, nec ampliùs repeto tot decreta, ſeù vota ipſius Cameræ Spirenſis iuridicum, & inueteratum vſum hu-

huiusmodi appellationum ad Superiores Ecclesiasticos re, & verbis Canonizantia, de quibus satis iàm dictum, nec opus est alia eloquutione, vt appareat releuantia,
2 quæ ex reiteratis, & Iudicialibus confessionibus, & actibus ipsiusmet secularis Tribunalis contra propriam Iurisdictionem agentium, seu confitentium depromitur *Card. de Luca disc. 57. nu. 20. de Iure patr. Vbald.decis. 29. num. 12. & Coccin.decis. 229. in fin.*

Progredior ad actus Imperiales: Sanè Iurisdictionem Ecclesiasticam in causis ci-
3 uilibus Laicorum non improbarunt, sed commendarunt *Imperatores Arcadius, Honorius, & Theodosius in l. si quis ex consensu, & l. Episcopale iudicium, C. de Episc. Aud.* plenamque in hoc pro-
4 posito sanctionem *Theodosij* confirmauit, & à quibuscumque sibi subiectis cum specificatione intèr cæteros Francorum, & Alamanorum pro lege perpetua omnino obseruari mandauit *Carolus Magnus in Comitijs Generalibus Aquis*

grani de anno 813. cuius Constitutio-
nis procemium *in Can. quicumque* 11.
quæst. 1. dispositiua autem *in cap. no-
uit de Iudic.* habentur.

Quid ergo dicendum erit, quando hiscè Im-
5 perialibus Constitutionibus antiquissi-
ma consuetudo plurium seculorum,
quorum initij memoria non existit, ad-
stipulatur? & augendo vim argumenti
quid si Imperatores ipsi consuetudinem,
tam generalem Germaniæ, quàm parti-
cularem Leodij confirmasse, seù in suo
robore reliquisse patebit? Imperator
6 Maximilianus I. die 24. Iunij 1518. con-
suetudines, & exemptiones Leodij effi-
cacibus verbis, quarum aliqua referun-
tur per *Io: Chokier loco citato cap.* 30.
num. 11. Sic confirmauit, nempè – om-
„nes libertates, donationes, confirma-
„tiones, approbationes, exemptiones,
„concessiones, sententias, definitiones,
„priuilegia, indulta, gratias, statuta, mo-
„res, vsus, & consuetudines legitimè, &
„rationabilitèr institutas, necnon quas-
„cum-

„ cumque possessiones, dominia, & bona,
„ Iura, & Iurisdictiones, &c. quarum om-
„ nium tenores perinde, ac si de verbo ad
„ verbum præsentibus insertæ forent, pro
„ insertis, & specialitèr expressis habe-
„ mus, & haberi volumus motu proprio,
„ ex certa scientia, & auctoritate nostra
„ Romana Cæsarea, ac de eius plenitudi-
„ ne potestatis confirmamus, approba-
„ mus, ac de nouo, quatenùs opus est, con-
„ cedimus -- & aliàs latius in Bulla per extensum impressa apud *Carolum de Mean ad Ius ciuil. Leodien. tom. 4. seu opere posthumo in fin. fol. 307. & 308.*

7 Carolus vero V. eius Nepos, & immediatus in Imperio successor triennio post nempè 27. Iulij 1521. easdem exemptio-
8 nes mores, vsus, consuetudines, & Iurisdictiones amplissimè confirmauit, cuius diploma præuia mentione diplomatis Maximiliani per extensum legitur *apud Nicolars in prax. benef. ad concordat. German. lib. 3. §. 16. fol. 201. & seqq.* & apud *Carolum de Mean loco*

etiam de alia celeberrima causa iudicata in prima instantia per Officialem Leodij, & in gradu appellationis per Officialem Coloniæ, & deindè per Nuncium Pontificium, & respectiuè Sedem Apostolicam testatur *Stephan. Rausin. in d. Leodio lib. 2. cap. 26. ad fin. fol. 574.*

Non benè ergo constanter supponitur, ab Officiali Coloniæ minimè appellari ad Nuncios, seù Delegatos Apostolicos, & S. Sedem, quando contrarium patet ex plurimis, & præcipuè ex dictis exemplis, imò votis ipsius Cameræ Spirensis; & hic benè recurrunt omnia iam adducta, & probata quoad Iurisdictionem, & qualitatem prorsùs Ecclesiasticam, seù Metropoliticam Curię Archiepiscopalis Coloniæ, necnon eius Officialis, sed vt rem in indiuiduo perstringam, adducendo aliquid, quod plurium seculorum antiquitatem, & præcisam materiam appellationis à Iudice Ecclesiastico iudicante in causis temporalibus, concludat, super-
50 addo decreta Synodalia, & Prouincialia

Me-

Metropolis Colonienſis edita de anno 1423. & ſic longè ante Cameram Spirenſem annò 1495. erectam, quorum decretorum Typis etiam datorum de anno 1654. verba ad rem ſunt -- Item
,, ſtatuimus, quod Officialis noſter Colo-
,, nienſis, qui fuerit pro tempore, in cau-
51 ſis appellationum, quæ ad Curiam no-
,, ſtram ab audientia ſuffraganeorum no-
,, ſtrorum, ſeù eorum Officialium deuol-
,, uantur, ſeù hactenus ſunt deuolutæ, ſer-
,, uet Iura communia, & maximè illa, quæ
,, introducta ſunt per fel. record. Innocen-
,, tium Papam IV. quæ hodiè ſunt inſerta in 6. *decretalium* nempè *in cap. Romana de appell.*

Fruſtra igitur aſſeritur Ius Metropoliticum
52 dependere ab Imperio, & appellationes cauſarum prophanarum inter Laicos ab Officiali Leodij ad Curiam Officialis Coloniæ non tamquã Metropoliticam, ſed vti Laicalem deuolui, quandò ex diſpotione *Concilij Generalis, de quo in d. cap. Romana de appellat. in 6.* particulariter

approbati in memoratis Decretis Synodalibus, & Prouincialibus Coloniæ, manifestè patet huiusmodi appellationes vti Ecclesiasticas, Episcopum Leodij, seù eius Officialem vti suffraganeum, Archiepiscopum verò Coloniæ vti Metropolitanum, eiusque Officialem vti Ecclesiasticum, non autem vti secularem considerari, imò nec posse vllo modo considerari, nedum quia repugnat tenor Decretorum, sed etiam quia Archiepi-
53 scopus tamquam Princeps nullam habet Iurisdictionem Laicalem, nullamque superioritatem feudalem, vel temporalem erga eius suffraganeos, & signanter illum Leodij, minusque erga eorum subditos.



CAP.

CAP. IX.

Quartum Fundamentum ex ipsis actibus Laicalibus.

SVMMARIVM.

1. *Vsus appellationum ab Officiali ad Ecclesiasticos in causis prophanis pluries canonizatus à Camera Spiræ.*
2. *Actus, & confessiones emissæ contra propriam Iurisdictionem magis concludunt.*
3. *Iurisdictionem Ecclesiasticorum in causis ciuilibus Laicorum particularibus legibus probarunt Imperatores Arcadius, Honorius, & Theodosius.*
4. *Carolus Magnus confirmauit, & seruari mandauit constitutionem Theodosij super Iurisdictione Ecclesiastica in Laicos.*
5. *Constitutiones magis vrgent, quando plurimum seculorum vsu roborantur.*

6. Con.

6. *Consuetudines exemptiones, & Iurisdictiones Leodij confirmarunt Maximilianus Primus.*
7. *Carolus Quintus.*
8. *Et Maximilianus Secundus.*
9. *Quæ confirmationes potiùs actum Iustitiæ, quàm gratiosum Priuilegium important.*
10. *Priuilegia non valent reuocari in præiudicium Iurisdictionis Ecclesiasticæ.*
11. *Maximilianus I. & Carolus V. correspectiua confirmatione consuetudinum curarunt allicere Leodienses, vt ad nouum Spiræ Tribunal in cæteris accederent.*
12. *Ideò Priuilegium dictæ confirmationis transiuit in contractum.*
13. *Priuilegium, quod inter Principem, & subditos transit in contractum, non potest alterari.*
14. *Diplomata Imperialia circa accessum Leodiensium ad Cameram Spiræ non faciunt mentionem Officialis.*

15. Ec-

15. *Ecclesiastici non comprehenduntur sub quocumque licet generali sermone Sanctionum Laicalium.*

16. *Diplomata prædicta non prohibent appellationem ab Officiali Leodij ad Ecclesiasticos.*

17. *Dictio* nisi *est aduersatiua, & inducit formam exclusiuam aliarum specierum prĕter expressas.*

18. *Antè, & post Cameram Spiræ, & dicta Diplomata ab Officiali Leodij in causis prophanis non ad Consilium, sed ad Superiores Ecclesiasticos fuit appellatum.*

19. *Obseruantia proxima actibus, & procedens ab illorum auctoribus, & sic informatis præfertur remotissimæ innouationi.*

20. *Centum grauamina anni* 1522. *magnificata fuerunt ab aliquibus, qui obedientiam Sanctæ Sedis excusserant, & meditabantur excutere.*

21. *Non agunt præcisè de appellationibus ab Officialibus in causis prophanis, &* n. 22. & 24.

22. *Ideo-*

22. *Ideoque comprobant, quod vſus Leodij præſertìm à dd. Imperatoribus contemporaneè confirmati, eſſent iuridici.*

23. *Obſeruantia interpretatiua inducitur etiam ex non facto.*

24. *Quadam conſtitutione Imperiali anni 1555. ſancitur, quod Eccleſiaſtici Iuriſdictionem iuxta ſingulorum locorum conſuetudinem exercere continuarent.*

25. *Obſeruantia interpretatiua inducitur etiam ex non facto.*

26. *Quadam conſtitutione anni 1555. ſancitur, quod Eccleſiaſtici iuriſdictionem iuxta ſingulorum locorum conſuetudinem exercere continuarent.*

SVpereſt quartum Fundamentum, quod ad maiorem rei euidentiam etiam ex ipſis actibus Laicalibus adſtruitur: Sup-
1 pono in primis, nec ampliùs repeto tot decreta, ſeù vota ipſius Cameræ Spirenſis iuridicum, & inueteratum vſum hu-

huiusmodi appellationum ad Superiores Ecclesiasticos re, & verbis Canonizantia, de quibus satis iàm dictum, nec opus est alia eloquutione, vt appareat releuantia,
2 quæ ex reiteratis, & Iudicialibus confessionibus, & actibus ipsiusmet secularis Tribunalis contra propriam Iurisdictionem agentium, seu confitentium depromitur *Card. de Luca disc. 57. nu. 20. de Iure patr. Vbald. decis. 29. num. 12. & Coccin. decis. 229. in fin.*

Progredior ad actus Imperiales: Sanè Iurisdictionem Ecclesiasticam in causis ci-
3 uilibus Laicorum non improbarunt, sed commendarunt *Imperatores Arcadius, Honorius, & Theodosius in l. si quis ex consensu, & l. Episcopale iudicium, C. de Episc. Aud.* plenamque in hoc pro-
4 posito sanctionem *Theodosij* confirmauit, & à quibuscumque sibi subiectis cum specificatione intèr cœteros Francorum, & Alamanorum pro lege perpetua omnino obseruari mandauit *Carolus Magnus in Comitijs Generalibus Aquis*

Q gra-

„ cumque possessiones, dominia,& bona,
„ Iura, & Iurisdictiones, &c. quarum om-
„ nium tenores perinde, ac si de verbo ad
„ verbum præsentibus insertæ forent,pro
„ insertis, & specialitèr expressis habe-
„ mus, & haberi volumus motu proprio,
„ ex certa scientia, & auctoritate nostra
„ Romana Cæsarea, ac de eius plenitudi-
„ ne potestatis confirmamus, approba-
„ mus, ac de nouo,quatenùs opus est,con-
„ cedimus-- & aliàs latius in Bulla per
extensum impressa apud *Carolum de Mean ad Ius ciuil. Leodien. tom.* 4. *seu opere posthumo in fin. fol.* 307. *&* 308.

7 Carolus vero V. eius Nepos, & immediatus in Imperio successor triennio post nempè 27. Iulij 1521. easdem exemptio-
8 nes mores, vsus, consuetudines, & Iurisdictiones amplissimè confirmauit, cuius diploma præuia mentione diplomatis Maximiliani per extensum legitur *apud Nicolars in prax. benef. ad concordat. German. lib.* 3. §. 16. *fol.* 201. *& seqq.* & apud *Carolum de Mean loco*

mox citato, fol. 308. *& seqq.* Eosdemque vsus, cõsuetudines, & Iurisdictiones similitèr confirmauit *Maximilianus II. sub datum Pragæ* 21. *Iulij* 1571.

Dum itaque tam antè Cameram Spiræ ab
9 eodem Maximiliano I. erectam de anno 1495. quàm postea Iurisdictio Officialis Leodij consueuit tamquam Ecclesiastica in causis inter Laicos exerceri contradistinctè à Laicali per Scabinos, aliosq; Iudices seculares administrata, & cũ eadem discretiua ab Ecclesiastico ad Ecclesiasticos, & à Laicis ad Laicos fuit appellatum, profectò vterque Maximilianus, & Carolus V. Iustitiæ potiùs satisfecerunt, quam gratiosum vllum priuilegium concesserint; Ideoque nec etiam in præiudicium Leodiensium sine causa; multo autem minus Iurisdictio-
10 nis Ecclesiasticæ potuit vmquam, nec potest quidquam innouari, seu attentari, *l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.*

Imò quando etiam esset Priuilegium ad-
11 hùc, quia Maximilianus I. & Carolus V. vl-

vltra iàm formatam antiquissimam consuetudinem voluerunt Leodienses allicere, vt ad Tribunal Spiræ nouitèr erectum accederent, taxarunt summam à Maximiliano moderatè determinatam, & à Carolo V. duplicatè auctam, quam excedere deberent causæ Leodiensium per appellationem ad Cameram deuoluendæ, & viceuersa omnes alias exemptiones, vsus, consuetudines, libertates, & Iurisdictiones Leodij vigentes amplissimè confirmarunt, dictum inquam Pri-
12 uilegium transiuisset in contractum, vt in specie *Ioan. Cokier dict. tract. Vind. libert. Eccles. cap.* 30. *num.* 10. *par.* 1.
13 ideoque debuisset, & debet omninò seruari, nec etiam in præiudicium Leodiensium licet subditorum debet reuocari, seu alterari, *Alex. cons.* 1. *n.* 11. *lib.* 2. *Valenz. cons.* 2. *num.* 68. *lib.* 1. *Martin. Lauden. de Priuil. & rescript. qu.* 34. *Sanch. de matrim. lib.* 8. *disp.* 33. *numer.* 3. & *Card. de Luca de regal. disc.* 93. *num.* 2. & 3.

At

At quod hæc diplomata Imperialia, nec
14 prohibeant huiusmodi appellationes ab Officiali ad IudicesEcclesiasticos, imò illarum vusm confirment, seu in suo robore relinquant, ex eo comprobatur, quod nullam prorsùs mentionem faciunt Of-
15 ficialis, seu Iudicum Ecclesiasticorum, qui numquam comprehenduntur sub quocumque licet generali sermone sanctionum Laicalium, *Bart. in l. si quis sub conditione numer. 2. ff de condit. instit. Dec. in cap. Ecclesia S Mariæ num. 198. & 199. de constit. Abb in cap. à nobis il primo nu. 4. & 5. de sent. excom. Alex. cons. 210. unm. 1. lib. 2. & Sperell. decis. 10. num. 13.*

Rursus, sicùt pro indubitato exaduerso ad-
16 mittitur, quod ab Officiali Leodij ad Officialem Metropolis Coloniæ in caussis prophanis inter Laicos semper consucuerit, & debeat appellari,ità non potest negari, quod istæ appellationes non sint comprehensæ in parte diplomatum prohibitiua appellationum, sed in parte ap-

approbatiua vsuum, & consuetudinum; Probatur assumptum, quia diplomata, & signantèr illud Caroli V. quod per extensum refert *Nicolars supracitatus*, prohibent appellationes, quæ immediatè, & gradatim non interponuntur à sententijs Iudicum primæ instantiæ ad consilium ordinarium Laicale Leodij, &
17 quidem per verba negatiua antecedentia, & per subsequentem aduersatiuam, *nisi*, quæ inducit formam aliorum graduum, seu Iudicum appellationum exclusiuam *Menoch.consf.3 num.16.Mar. Anton.var.resol.lib.1.resol.94.num.2. & resol.vltim.cas.42.vers.pro Episcopo, Paris. de resign.lib.5. quæst.6.num. 183.& Barbos.tract.var.dict.217.nu. 10. & seqq & dict.221.*

Cum ergò antè, & post Cameram Spiræ
18 antè, & post dicta diplomata, ac etiam in vita nominatorum Imperatorum fuerit inconcussè obseruatum, quod ab Officiali Leodij in causis prohanis intèr Laicos non ad dictum consilium ordinarium

rium Laicale, ſed ad Superiores Iudices
Eccleſiaſticos immediato gradu fuerit
appellatum, ceſſat omnis dubitationis,
ſeu controuerſiæ prætextus, quod dicti
Imperatores nullatenus lædere, ſed con-
firmare voluerint huiuſmodi vſum in-
concuſſum, imò in antecedenti ſeculo
ab eadem Camera Spirenſi toties iudi-
cialitèr probatum; Quæ ſanè obſeruan-
tia eo tutiùs erectionem Cameræ, & præ-
fata diplomata interpretatur, quo fuit
proxima illis antiquiſſimis actibus, ha-
19 buitq; effectum in vita illorum, qui Ca-
meræ, & diplomatum Auctores fuere, &
reſpectiuè in illo ſeculo Spirenſi Dicaſte-
rio præſederunt, & conſequentèr debe-
bant eſſe longè magis de his informati,
quam ſint, ſeu eſſe poſſint moderni, ſeu
huius ſeculi nouatores per ea, quæ in
concurſu proximæ obſeruantiæ cum re-
mota variatione determinat *Textus in
l. mela 14. verſ. ſed ſi alimenta, ff. de ali-
ment. & Cibar. Legat. Rot. deciſ. 26 nu.
14. & 15. coram Eminentiſs. Ottbob.
& alibi paſſim.* Im-

Imperceptibile siquidem est, quod si Imperatores præfati voluissent vsum appellationum ab Officiali ad Superiores Ecclesiasticos in dictis diplomatibus tollere, nullam eiusdem in illis mentionem fecissent, sed vt hæc veritas clariùs appareat, retorqueo toties exaduerso allegata centum grauamina, quæ asserto nomine Sacri Romani Imperij Principum, & Procerum de anno 1522.& sic paulò post diplomata Maximiliani I. & Caroli V.fuerunt in Comitijs Nurembergæ proposita, quæ esse eademmet de anno 1510. congesta ait *Goldast in margine ambarum tom.* 1. In adeò enim ingenti nume-
20 ro sophisticorum grauaminum summo artificio magnificatorum ad inuidam sugestionem aliquorum, qui obedientiam S. Sedis, & suaue iugum Ortodoxæ Religionis excusserant, & respectiuè medi-
21 tabantur excutere, de huiusmodi appelpellationibus profectò non agitur, vt patet ex lectura singulorum vna cum consideratione præcisa, & vniuoca termino-

rum ibidem adhibitorum, & nihilominùs
ſi tunc ex vſu iſtarum appellationum ali-
quis grauaminis color, ſeù quærelæ præ-
textus etiam remotus erui potuiſſet, ne-
mo etiam mediocris ingenij ſibi ſuade-
bit, quod non fuiſſet indiuiduali, & ma-
gnificata expreſſione exageratus, & in
hanc ſequelam eſt quoque particularitèr
notandum, *quod in capite, ſeù grauami-*
22 *ne* 5.§.10. exaduersò ſpecificato magni-
ficatur quidem, quod Laici in cauſis pro-
phanis ad Curiam Romanam in prima
inſtantia traherentur, ſed de cauſis pro-
phanis inter Laicos coram Officiali Ec-
cleſiaſtico voluntaria, ſeù conſuetudina-
ria prorogatione introductis, ſeù agitatis,
& per appellationem ad Superiores Ec-
cleſiaſticos, nimirum Metropolitanum,
vel Nuncium Apoſtolicum, vel Curiam
Romanam tunc vſque deuolutis, ſeù in
poſterum deuoluendis, nec verbum qui-
dem, nullaque particularis conquæſtio
adijcitur, vt videre eſt in dd. aſſertis gra-
uaminibus relatis per *Melchiorem Gol-*
daſt

*dast in collect.constit.Imper.tom.*1.*à fol.* 456. *vsque ad* 479. *&* *signanter fol.* 459. vbi dictum Quintum Caput, seù grauamen continetur. Qualis autem
23 consequentia exindè deducatur, non indiget explicatione, quàm nihilominùs indiuidualitèr adducunt ambo *ChoKier Ioãnes nimirũ in vindic.liber.Ecclesiast. d.par.*1.*cap.*26. *à num.*15. *vsque ad fin.* & maximè *num.*23. *vers. & in d. Nurembergensi anno* 1522. *habita &c. & Erasmus de Iurisd. Ordin.in exempt.p.* 2.*de conseruat. citata quæst.*129.*num.* 13. *in fin.*

Quia verò vltra d.quintũ grauamen, seù §.10
24 exaduerso allegatur etiam illorum Caput 40.§.56.recurrit eadẽ retorsiua respõsio, quod nempè ibi agitur pariter de prima instantia, in qua reus secularis inuitus traheretur ad forum actoris Ecclesiastici, in hoc autem casu numquam fuit reuocatum in dubium, nec modo controuertitur, quod Officialis Leodij cognoscere valeat causas prophanas intèr Laicos,

vtrum verò in gradu appellationis sit, seù esset appellandum ab Officiali ad Superiores Ecclesiasticos, in dicto grauamine non specificatur, nec pro motiuo conquæstionis intèr tot alia adducitur; Qua-
25 lis verò esset tunc sensus Germanorum qualisue intellectus, & obseruantia prænominatarum Constitutionum, non solù ex tot actibus positiuis, sed etiam ex non facto, seu ex hoc argumento negatiuo omittendi istam conquæstionem inducitur *Palm. alleg.* 115. *num.* 36. *Rot. decis.* 647. *num.* 3. *par.* 4. *diuers. decis.* 258. *nu.* 8. *par.* 18. *recent. & decis.* 660. *num.* 17. *coram Bichio*.

Tantumque abest, quod Status Imperij vo-
26 luerint Consuetudines circa Iurisdictionem Ecclesiasticorum tollere, quin in quadam Constitutione Imperiali edita de anno 1555. de cuius tamen robore meū propositum non est differere, sancitum fuerit, quod contra Imperij Status, qui Augustanæ essent confessionis, Ecclesiastica Iurisdictio exerceri non deberet in cau-

causis Religionem ipsorum, & Ecclesiarum ordinationes cæremonias, & ministeria concernentibus, sed in alijs casibus, & causis exerceri posset Ecclesiastica Iurisdictio per Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Prælatos, prout in singulis locis consuetudine receptum esset, & in exercitio, & possessione reperirentur, prout illam constitutionem refert *Erasmus ChoKier. loco proximè citato num.* 12.

CAP. X.

Referuntur quinque contrariæ obiectiones, & respondetur Primæ ex dispositione Iuris.

SVMMARIVM.

1. *Contrariæ obiectiones, seù motiua licèt distinguantur in decem, restringuntur ad quinque, quæ referuntur.*

2. *Ab*

2. *Ab Ecclesiastico Iudicante in Temporalibus tamquam feudatario regularitèr appellatur ad infeudantem.*

3. *Officialis Leodij est Ecclesiasticus cum contradistinctione à Iudicibus Laicis, & tamquam talis per plura secula iudicauit.*

4. *Ab Officiali iudicante vti Ecclesiastico ad Superiores Ecclesiasticos de Iure est appellandum.*

5. *Certiùs accedente plurium seculorum vsu.*

HIscè quatuor fundamentis etiam singillatim, multo autem magis insimul sumptis nedum stabilita, seù dilucidata remanet Iustitia appellationis ab Officiali Leodij ad Superiores Ecclesiasticos, sed etiam à plerisque obiectis, seù contrarijs motiuis vindicata, operæ pretium tamen videtur breuitèr reassumere, & confutare eadem obiecta, seù
1 motiua, quæ licet distinguantur in decem, restringi tamèn videntur ad quin-

que

que, nempè dispositionem Iuris, actus Imperiales, actus Cameræ Spirensis, actus Archiepiscopi Coloniensis, & quamdam conuenientiam.

Quoad dispositionem Iuris cumulatæ fuerunt plurimæ auctoritates circa conclusioné ex hac parte in genere, seù in abstracto controuerti omissam, quod ab Eccle-
2 siastico in temporalibus iudicante tamquam Barone, seù feudatario regularitèr, & præscindendo à legitima consuetudine appelletur ad infeudantem, eiusque Iudices seculares, non autem ad Ecclesiasticos iuxta materiam celeberrimi *Text. in cap. Romana*, §. *debet autem de appellat. in 6.* At vis non stat in conclusione; sed in applicatione, quia cum Officialis
3 Leodij sit merè Ecclesiasticus, & contradistinctus ab alijs Iudicibus Laicis Leodij ab Episcopo tamquam Principe Iurisdictioni seculari præpositis, & tamquam Ecclesiasticus etiam in causis prophanis intèr Laicos à pluribus seculis iudicauerit, & iudicet, cessat conclusionis adductæ

ctæ applicatio, & emergit ineuitabilis in
4 Iure cõsequentia, quod ab eo ad Superiores Ecclesiasticos sit appellandum, vt in nostro primo fundamento, certiùs
5 dùm vsus istius Ecclesiasticæ Iurisdictionis cum appellatione ad Iudices Superiores eiusdem Ordinis per tot secula inualuit iuxtà alias plures, & quidem Iuridicas, ac verissimas conclusiones in supradictis fundamentis adductas.

CAP. XI.

Respondetur Secundæ Obiectioni ex actibus Imperialibus.

SVMMARIVM.

1. *Centum grauamina annorum* 1510.*seù* 1522.*vti procedentia à Laicis laborant defectu potestatis præiudicandi Ecclesiasticis.*

2. *Re-*

2. *Reijciuntur dilemmate.*
3. *Actus neglecti, & iudicialitèr reiecti non turbant, sed confirmant consuetudinem.*
4. *Mandatum Caroli V. 3. Octobris 1548. refertur.*
5. *Proęmium indicat causam finalem.*
6. *Declarat, & restringit dispositionem.*
7. *Conseruare significat, quod suum est retinere, non alienum inuadere.*
8. *Imperator non pręsumitur voluisse de facto conuellere Iurisdictionem Ecclesiasticam.*
9. *Non potest in pręiudicium Iurisdictionis, seù Immunitatis Ecclesiasticæ quidquam statuere.*
10. *Mandatum Caroli V. non fuit obseruatum nedùm respectu Iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed etiam Principum Laicorum.*
11. *Leges Principis Laici vsu non receptæ non obligant.*
12. *Papa non habet potestatem ab vsu Populi, sed à Deo.*

13. *Mandatum Caroli V. subreptitium, et circumductum.*
14. *Subreptio inducitur ex taciturnitate antiquorum vsuum amplissimè confirmatorum.*
15. *Actus subreptitius non attenditur.*
16. *Actus anterior posteriori circumducitur, & num. 18.*
17. *Maximilianus II. consuetudines Iurisdictiones, & exemptiones Leodij confirmauit.*
19. *Carolus V. renunciauit Imperio de anno* 1556.
20. *Obijt anno* 1558.
21. *Aduersus recessum anni* 1654. *protestati fuerunt Nuncius Apostolicus, & Electores Catholici.*
22. *Protestatio excludit approbationem actus, & praeseruat iura protestantis*
23. *Corruente supposito, corruit dispositio.*
24. *Recessus anni* 1654. *continet, quod fieri deberet recursus ad Sanctam Sedem.*
25. *Officialis Leodij non habet Iurisdictionem*

nem

nem ab Imperatore ratione feudi, sed ab Episcopatu, seù eius munere Ecclesiastico.

26. *Definitio controuersiæ inter Sanctam Sedem, & Imperium ad illam spectat.*

27. Couar. *declaratur, adductis multis differentijs inter Iurisdictionem Episcoporum Hispaniæ, & Leodij in causis prophanis.*

28. *Ex diuersis non fit illatio.*

29. *Leopoldo I. feliciter Regnanti nouę Victorię contra Thracem augurantur.*

30. *Capitulationes Ferdinandi IV. et Leopoldi I. non faciunt mentionem Officialium, sed causarum, quę à Tribunalibus in Imperio ordinatis extraherentur.*

31. *Tribunal Officialis Leodij non est ordinatum ab Imperio.*

32. *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

33. *Discretiua diuersam voluntatem patefacit.*

34. *Nuncius Apostolicus protestatus fuit aduersus dictas Capitulationes.*

35. *Electores Catholici articulum decimum nonum Capitulationum omittendum esse, & pro omisso, & abolito habendum esse declararunt.*

36. *Leopoldus I. ad protestationes Nuncij Apostolici spopondit circa dictum articulum nihil se tentaturum.*

37. *Actus de quo non fuit habita ratio, imò contrarius superuenit effectus, potiùs retorquetur.*

Actus Imperiales circà quos secunda versatur obiectio, serie Cronologica repetens singulatim confutabo.

Asserta centum grauamina figurata de an-
1 no 1510. ac repetita, seù enixius inculcata de anno 1522. quando etiam inter actus Imperij vellent connumerari, adhuc vltrà euidentem defectum potestatis quidquam præiudicandi Iurisdictioni Ec-
2 clesiasticæ, ineuitabili dilemmate retunduntur, aut enim non comprehendunt hu-

huiusmodi appellationes ab Officiali ad Superiores Ecclesiasticos, & tùnc retorquentur ex plenè probatis in quarto fundamento vbi de his assertis grauaminibus particulariter egi, aut comprehendunt, & alijs duobus respectibus retorquentur. Primò quia comprobant aliundè satis patentem notitiam ipsius Imperatoris, & Ministrorum Imperialium.
3 Secundò quia dùm in eo præsertim seculo nulla illorum fuit habita ratio nedum in Tribunalibus Ecclesiasticis, sed Laicis, imò ipso Dicasterio Spiræ, cum vbique fuerint seruati, & iudicialiter canonizati gradus appellandi ab Officialibus ad Superiores Ecclesiasticos, reijciendo, & cassando appellationes ad Tribunalia Laica interpositas potiùs confouent, quàm infringant, seù turbent Iustitiam, & Consuetudinem earumdem appellationum ex ijsdem superiùs adductis, nempè *Felin. in cap. illud num. 17. vers. per Iudicium de præscript. Balb. eodem tract. par. 3. par. 6. princ. quæst. 4. num.*

diu possessum est, de facto inuadere, seù auferre, sequitur, quod noluerit sibi, vel Imperio ascribere Iurisdictionem, quam ipse, alijque antecessores Imperatores, seù Tribunalia Imperialia numquam prorsùs exercuisse probatur, ac turbare Iurisdictionem Ecclesiasticam in prima instātia etiam inter Laicos per plura antecedentia secula ab Officiali exercitam, necnon appellationem ab eodem diuturno tempore ad illius Superiores Ecclesiasti-
8 cos in ijsdem causis deuolutam, nullaque factá mentione istius Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & antiquæ consuetudinis Ius ordini Ecclesiastico quæsitum de facto conuellere; Talique voluntatis defectui
9 accedit ille potestatis, cum nequeat Imperator, & quicumque Princeps Laicus aliquid in præiudicium Iurisdictionis, vel Immunitatis Ecclesiasticæ quoquo modo statuere, siuè explicitè, siuè implicitè, & siuè directè, siuè indirectè iuxta notorias vtriusque Iuris Sanctiones, Cæsarei nimirũ *in l. priuilegia* 12. §. *omnes*
sa-

sanè pragmaticas, C. de Sacrosſ. Eccleſ. & Pontificij in celebri cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cum vtrobique communitèr notatis per DD.

Recurrit quoque idem dilemma, quod aduersùs aſſerta centum grauamina adduximus; particularitèr tamen addimus, quod
10 huiuſmodi mandatum nedùm omni effectu eſt deſtitutum reſpectu Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed etiam reſpectu aliorum Principatuum Laicalium, illo enim non obſtante ſubditi Patriæ Leodienſis extra Imperiũ fuerunt euocati per viam arreſti tàm in eorum Perſonis, quàm Bonis auctoritate Cancellariæ Brabantinæ, cui procedendi modo non attentis reiteratis inſtantijs Epiſcoporum Leodienſium prouiſum hactenùs non fuit per Status Imperij; Hinc præmiſſis concluſionibus ſuperadditur iſta, quod le-
11 ges, & ſanctiones quæcumque Principis Laici, quoties vſu Populi non recipiuntur ad differentiam Summi Ponti-
12 ficis à Deo, non autem ab vſu Populi

2. *Ab Ecclesiastico Iudicante in Temporalibus tamquam feudatario regularitèr appellatur ad infeudantem.*

3. *Officialis Leodij est Ecclesiasticus cum contradistinctione à Iudicibus Laicis, & tamquam talis per plura secula iudicauit.*

4. *Ab Officiali iudicante vti Ecclesiastico ad Superiores Ecclesiasticos de Iure est appellandum.*

5. *Certiùs accedente plurium seculorum vsu.*

HIscè quatuor fundamentis etiam singillatim, multo autem magis insimul sumptis nedum stabilita, seù dilucidata remanet Iustitia appellationis ab Officiali Leodij ad Superiores Ecclesiasticos, sed etiam à plerisque obiectis, seù contrarijs motiuis vindicata, operæ pretium tamen videtur breuitèr reassumere, & confutare eadem obiecta, seù
1. motiua, quæ licet distinguantur in decem, restringi tamèn videntur ad quinque

que, nempè dispositionem Iuris, actus Imperiales, actus Cameræ Spirensis, actus Archiepiscopi Coloniensis, & quamdam conuenientiam.

Quoad dispositionem Iuris cumulatæ fuerunt plurimæ auctoritates circa conclusioné ex hac parte in genere, seù in abstracto controuerti omissam, quod ab Eccle-
2 siastica in temporalibus iudicante tamquam Barone, seù feudatario regularitèr, & præscindendo à legitima consuetudine appelletur ad infeudantem, eiusque Iudices seculares, non autem ad Ecclesiasticos iuxta materiam celeberrimi *Text. in cap. Romana*, §. *debet autem de appellat. in 6*. At vis non stat in conclusione; sed in applicatione, quia cum Officialis
3 Leodij sit merè Ecclesiasticus, & contradistinctus ab alijs Iudicibus Laicis Leodij ab Episcopo tamquam Principe Iurisdictioni seculari præpositis, & tamquam Ecclesiasticus etiam in causis prophanis intèr Laicos à pluribus seculis iudicauerit, & iudicet, cessat conclusionis adductæ

ctæ applicatio, & emergit ineuitabilis in
4 Iure cõsequentia, quod ab eo ad Superiores Ecclesiasticos sit appellandum, vt in nostro primo fundamento, certiùs
5 dùm vsus istius Ecclesiasticæ Iurisdictionis cum appellatione ad Iudices Superiores eiusdem Ordinis per tot secula inualuit iuxtà alias plures, & quidem Iuridicas, ac verissimas conclusiones in supradictis fundamentis adductas.

CAP. XI.

Respondetur Secundæ Obiectioni ex actibus Imperialibus.

SVMMARIVM.

1. *Centum grauamina annorum* 1510. *seù* 1522. *vti procedentia à Laicis laborant defectu potestatis præiudicandi Ecclesiasticis.*

2. Re-

2. *Reijciuntur dilemmate.*
3. *Actus neglecti, & iudicialitèr reiecti non turbant, sed confirmant consuetudinem.*
4. *Mandatum Caroli V. 3. Octobris 1548. refertur.*
5. *Proemium indicat causam finalem.*
6. *Declarat, & restringit dispositionem.*
7. *Conseruare significat, quod suum est retinere, non alienum inuadere.*
8. *Imperator non presumitur voluisse de facto conuellere Iurisdictionem Ecclesiasticam.*
9. *Non potest in preiudicium Iurisdictionis, seù Immunitatis Ecclesiasticæ quidquam statuere.*
10. *Mandatum Caroli V. non fuit obseruatum nedùm respectu Iurisdictionis Ecclesiasticæ, sed etiam Principum Laicorum.*
11. *Leges Principis Laici vsu non receptæ non obligant.*
12. *Papa non habet potestatem ab vsu Populi, sed à Deo.*

13. *Mandatum Caroli V. ſubreptitium, et circumductum.*

14. *Subreptio inducitur ex taciturnitate antiquorum vſuum ampliſſimè confirmatorum.*

15. *Actus ſubreptitius non attenditur.*

16. *Actus anterior poſteriori circumducitur, & num. 18.*

17. *Maximilianus II. conſuetudines Iuriſdictiones, & exemptiones Leodij confirmauit.*

19. *Carolus V. renunciauit Imperio de anno 1556.*

20. *Obijt anno 1558.*

21. *Aduerſus receſſum anni 1654. proteſtati fuerunt Nuncius Apoſtolicus, & Electores Catholici.*

22. *Proteſtatio excludit approbationem actus, & præſeruat iura proteſtantis*

23. *Corruente ſuppoſito, corruit diſpoſitio.*

24. *Receſſus anni 1654. continet, quod fieri deberet recurſus ad Sanctam Sedem.*

25. *Officialis Leodij non habet Iuriſdictio-*

nem

nem ab Imperatore ratione feudi, sed ab Episcopatu, seù eius munere Ecclesiastico.

26. *Definitio controuersiæ inter Sanctam Sedem, & Imperium ad illam spectat.*

27. Couar. *declaratur, adductis multis differentijs inter Iurisdictionem Episcoporum Hispaniæ, & Leodij in causis prophanis.*

28. *Ex diuersis non fit illatio.*

29. *Leopoldo I. feliciter Regnanti nouę Victorię contra Thracem augurantur.*

30. *Capitulationes Ferdinandi IV. et Leopoldi I. non faciunt mentionem Officialium, sed causarum, quę à Tribunalibus in Imperio ordinatis extraherentur.*

31. *Tribunal Officialis Leodij non est ordinatum ab Imperio.*

32. *Subiecta talia sunt, qualia prædicata demonstrant.*

33. *Discretiua diuersam voluntatem patefacit.*

34. *Nuncius Apostolicus protestatus fuit aduersus dictas Capitulationes.*

35. *Electores Catholici articulum decimum nonum Capitulationum omittendum esse, & pro omisso, & abolito habendum esse declararunt.*

36. *Leopoldus I. ad protestationes Nuncij Apostolici spopondit circa dictum articulum nihil se tentaturum.*

37. *Actus de quo non fuit habita ratio, imò contrarius superuenit effectus, potiùs retorquetur.*

Actus Imperiales circà quos secunda versatur obiectio, serie Cronologica repetens singulatim confutabo.

Asserta centum grauamina figurata de an-
1 no 1510. ac repetita, seù enixius inculcata de anno 1522. quando etiam inter actus Imperij vellent connumerari, adhuc vltrà euidentem defectum potestatis quidquam præiudicandi Iurisdictioni Ec-
2 clesiasticæ, ineuitabili dilemmate retunduntur, aut enim non comprehendunt

hu-

huiusmodi appellationes ab Officiali ad Superiores Ecclesiasticos, & tùnc retorquentur ex plenè probatis in quarto fundamento vbi de his assertis grauaminibus particulariter egi, aut comprehendunt, & alijs duobus respectibus retorquentur. Primò quia comprobant aliundè satis patentem notitiam ipsius Imperatoris, & Ministrorum Imperialium.

3 Secundò quia dùm in eo præsertim seculo nulla illorum fuit habita ratio nedum in Tribunalibus Ecclesiasticis, sed Laicis, imò ipso Dicasterio Spiræ, cum vbique fuerint seruati, & iudicialiter canonizati gradus appellandi ab Officialibus ad Superiores Ecclesiasticos, reijciendo, & cassando appellationes ad Tribunalia Laica interpositas potiùs confouent, quàm infringant, seù turbent Iustitiam, & Consuetudinem earumdem appellationum ex ijsdem superiùs adductis, nempè *Felin. in cap. illud num. 17. vers. per Iudicium de præscript. Balb. eodem tract. par. 3. par. 6. princ. quæst. 4. num.*

num. 37. *Couar. in reg. possessor malæ fidei par.* 2. §. 12. *num.* 4. *in med. vers. Hanc item, Fagnan. in cap. cum Ecclesia Sutrina num.* 36. *à vers. neque his obstat laudum de caus. possess. & propriet. & Rot. decis.* 1027. *num.* 14. *coram Seraph. & in recent. dec.* 214. *n.* 3. *par.* 4. *decis.* 253. *num.* 3. *par.* 13. *& decis.* 754. *num.* 17. *par.* 18.

Succedit in ordine temporis quoddam man-
4 datum Caroli V. ad omnes Romani Imperij subiectos Datum Bruxellis 3. Octobris 1548. impressum apud *Goldast Constit. Imperial. tom.* 2. *fol.* 339. *cuius tenor est* -- Serio mandamus, vt nostram „ & Imperij, vestramque Superioritatem. „ Iurisdictionem, Feuda, Bona, & Iura, „ conseruetis, neque vos, neque vestros „ vasallos, & subditos ad externa, & fora-„ nea Tribunalia in ius vocari, trahique „ siniatis, neque externorum Principum „ Iurisdictioni vos, aut vestros ratione „ quorumcumque bonorum Imperij Iu-„ risdictioni subiectos quouis modo sub-

„ mit-

„ mittatis, neque citati compareatis tàm
„ ratione personarum, quàm ratione bo-
„ norum, sed potius antiquos Imperij li-
„ mites conseruare studeatis; & si quid à
„ quopiam extraneo Principe, aut quouis
„ alio attentari contingerit ei pro virili re-
„ sistatis, nosque, & fiscales Iudicij Came-
„ ræ citrà vllam cunctationem certiores
„ reddatis, quo in omnem casum de con-
„ gruo remedio possit prouideri.

Facilis autem, & quidem multiplex occurrit responsio, quandoquidem tàm in man-
5 dati proœmio, cuius est causam finalem
6 indicare, ipsamque dispositionem declarare, imò restringere *Bartol. in leg. final. num. 3. ff. de hæred. instit. & l. cum hi num. 4. ff. de transact. & l. ambitiosa num. 27. ff. de decret. ab ordin. facien. Alex. cons. 7. num. 3. vol. 2.* quam
7 in ipsamet dispositiua Carolus V. vsus fuit vno eodemque termino conseruare, de cuius natura cum sit citra aliquam innouationem, quod suum est retinere, & tueri, non autem quod alienum, seu ab alio

diu

diu possessum est, de facto inuadere, seù auferre, sequitur, quod noluerit sibi, vel Imperio ascribere Iurisdictionem, quam ipse, alijque antecessores Imperatores, seù Tribunalia Imperialia numquam prorsùs exercuisse probatur, ac turbare Iurisdictionem Ecclesiasticam in prima instãtia etiam inter Laicos per plura antecedentia secula ab Officiali exercitam, necnon appellationem ab eodem diuturno tempore ad illius Superiores Ecclesiasticos in ijsdem causis deuolutam, nullaque
8 cos in ijsdem causis deuolutam, nullaque facta mentione istius Ecclesiasticæ Iurisdictionis, & antiquæ consuetudinis Ius ordini Ecclesiastico quæsitum de facto conuellere; Talique voluntatis defectui
9 accedit ille potestatis, cum nequeat Imperator, & quicumque Princeps Laicus aliquid in præiudicium Iurisdictionis, vel Immunitatis Ecclesiasticæ quoquo modo statuere, siuè explicitè, siuè implicitè, & siuè directè, siuè indirectè iuxta notorias vtriusque Iuris Sanctiones, Cæsarei nimirũ *in l. priuilegia* 12. §. *omnes* sa-

sanè pragmaticas, C. de Sacrosſ. Eccleſ. & Pontificij in celebri cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ de conſtit. cum vtrobique communitèr notatis per DD.

Recurrit quoque idem dilemma, quod aduersùs aſſerta centum grauamina adduximus; particularitèr tamen addimus, quod
10 huiuſmodi mandatum nedùm omni effectu eſt deſtitutum reſpectu Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ſed etiam reſpectu aliorum Principatuum Laicalium, illo enim non obſtante ſubditi Patriæ Leodienſis extra Imperiū fuerunt euocati per viam arreſti tàm in eorum Perſonis, quàm Bonis auctoritate Cancellariæ Brabantinæ, cui procedendi modo non attentis reiteratis inſtantijs Epiſcoporum Leodienſium prouiſum hactenùs non fuit per Status Imperij; Hinc præmiſſis concluſionibus ſuperadditur iſta, quod le-
11 ges, & ſanctiones quæcumque Principis Laici, quoties vſu Populi non recipiuntur ad differentiam Summi Ponti-
12 ficis à Deo, non autem ab vſu Populi

potestatem habentis, non obligant, nec in aliqua prorsùs consideratione sunt habendæ *l. de quibus, ff. de legib. Barbos. in Can. in istis num. 10. distinct. 4. Couar. var. resol. lib. 2. cap. 16. num. 6. vers. quinto sunt Archid. in cap. cum de beneficio num. 2. vers. nec mireris de prębend. in 6. Nicolars in concord. German. tit. 3. num. 6. & Merlin. dec. 814. nu. 4.*
Fuisset insuper huiusmodi mandatum Ca-
13 roli V. subreptitium, vel saltem circum-
14 ductum: subreptitium, quia non facit mentionem, nec continet vllam derogationem vsuum, consuetudinum, Iurisdictionum, & exemptionum Leodij amplissimè confirmatarum à Maximiliano eius Auo de anno 1518. & à semetipso
15 de anno 1521. vt supra, & sic non meretur attendi *cap. super literis, vbi glos. verb. dedissemus de rescript. capit. dudum il secondo versic. insuper indulgentiam de election. Roman. cons. 326. num. 10. vers. si enim, & num. 11.*
16 Circumductum verò in omnem casum à po-

à posteriori diplomate Maximiliani II. qui ex supra deductis cõsuetudines, vsus,
17 Iurisdictiones, & exemptiones Leodij iterum postea confirmando, antecedens, seù intermedium mandatum Caroli V.
18 quatenùs esset contrarium, de medio sub- stulisset, *& Cels. decis. 60. num. 6. & Bich. decis. 324. num. 2. & seqq.*

Alia Constitutio, quæ cum expressione Iurisdictionis, & appellationum causarum Leodij supponitur emanasse à Carolo V. 27. Iulij 1578., non fuit à me visa, & quidem non potuit illo anno fieri ab eo-
19 dem Imperatore, qui longè priùs renunciauerat Imperio, nempè de anno 1556. & obierat de anno 1558. ideò cum super
20 eius quatenus vera sit, tenore, discurrere non valeam, adhùc obstant ijdem defectus potestatis, in effectuationis, subreptionis, & circumductionis, de quibus satis dictum; quatenùs verò pro hac Constitutione intelligi velit diploma Caroli V. datum ijsdem die, & mense 27. Iulij, sed anni 1521. non autem 1578. nedum

Ordini Ecclesiastico nocere non posset ex rationibus adductis, sed mirificè fauet, & ad hominem retorquetur, vt latè, & particulariter probaui supra in quarto fundamento, nempè *in cap. 9. à num. 6. vsque ad 20.*

In eadem classe actuum Imperialium succedit, & post longissimum interuallum excitatur recessus Imperij de anno 1654. §. 164. in quo prohibentur appellationes à sententijs Officialium Leodij, Monasterij, & Coloniæ ad Nuncios Apostolicos, & Curiam Romanam in causis prophanis, sed vltra iam datas responsiones quæ huic recessui similiter occurrunt,
21 particulariter vrget, quod aduersùs illum fuerunt à Nuncio Apostolico, ac ab Electoribus Catholicis emissæ publicæ protestationes, quæ omnem recessus ap-
22 probationem excludunt, ac validissima, & antiquissima Iura Ordinis Ecclesiastici ab omni conatu Laicorum, omnique præiudicio Ecclesiasticorum præseruant *glos. in l. nesennius verb. exhibuisse, ff.*

de

de negot.gest. Bart. in l. si Debitor, §. si in venditione num.1. ff. quib.mod.pign. vel hypot. soluat. & Alex. cons. 130. num.13. lib.4.

Prætereà in hoc recessu supponitur, quod huiusmodi appellationes essent illicitæ, cum verò ex fundamentis supra deductis sint omninò iustæ,& è conuerso sit prorsùs iniustum, & illicitum, quod à Laicis valeant, seù valerent citrà manifestam iniuriam prohiberi, vtique corruente di-
23 cto supposito corruit,seù cessat recessus, siuè eius dispositio, *l.quod dictum, ff. de pact.& l.adigere, §. quamuis, ff. de Iurepatr.*

At recessus in hac parte potiusquamdam indigestam quærelam, quàm positiuam, & absolutam resolutionem continet, quippè inter eius vmbras radius ille veritatis illuxit, quod nempè fieri deberet
24 recursus ad Sanctam Sedem, quæ Nuncijs Apostolicis prohiberet, ne in huiusmodi causis, seù appellationibus sese ingererent iuxtà illa verba recessus in lin-

guam

guam latinam translati ibi -- apud Se-
„ dem Pontificiam Romæ id expediri cu-
„ rabimus, vt huiusmodi illicitis in Impe-
„ rio, eiusque subditos procedendi modis
„ seriò Nuncijs interdicatur -- proùt be-
nè, & indiuidualitèr considerauit *Ioannes Vuolfangus Textor in disputationibue ad recessus Imperij anni* 1654. qui licet in Epistola profiteatur se esse Protestantem Euangelicum, talemque mori velle adhuc *in disp.* 2. *tit.* 55. *&* *disp.* 10. *tit.* 31. fateri debuit prædictum recessum non esse in hac parte dispositiuum, sed relatiuum ad intercessionem ab Imperatore explendam apud Summum Pontificem, vt Nuncij, seù Legati Apostolici ab huiusmodi appellationibus in posterum abstinerent.

Iure autem merito huiusmodi oraculum S. Sedis fuit desideratum, & reseruatum;
25 Quia cum ex prædictis Officiales Episcoporum Germaniæ, & signanter Leodij nullam auctoritatem, nullumque Iurisdictionis exercitium recognoscant, seù

re-

recipiant ab Imperatore ratione feudi, sed ab Episcopatu, vel eorum Ecclesiastico ministerio, & vltrà Iuris assistentiam antiquissimus vsus talis Iurisdictionis cum appellatione ad Superiores Ecclesiasticos, & ad ipsos Nuncios Sanctamque Sedem inualuerit, in claram emicat consequentiam, quod quando etiam de isto Iure alioquin clarissimo dubitari conti-
26 gisset inter Imperium, eiusque Status, & Tribunalia, ac inter S. Sedem, & Tribunalia Ecclesiastica, definitio vtique, seù prouisio ad solam Sanctam Sedem, eiusque Nuncios, & Tribunalia, non autem ad Imperium, eiusque Status, vel Dicasteria (vt fuit agnitum in dicto recessu) pertinuisset, pertinuit, & pertinet *Ias. in l.ex quacumque num.* 19. vbi de communi, *ff. si quis in ius vocat. Felin. in cap. Pastoralis num.*4. *vbi Dec. n.* 7. *&* 8. *de rescript. Rip. in cap. decernimus num.*4. *vers. sed coram*, vbi de communi *de Iudic. Guttier. practic. quæst. lib.*1. *quæst.*6. *sub num.*2. *Gras. de effect. Cle-*

rical.

rical. eff. 1. *num.* 1262. *Sperel. decis.* 8. *num.* 23. vbi de communi, *& decis.* 24. *num.* 58. *&* 59. vbi quod ità iudicauit disputato priùs acriter articulo in Consistorio Consiliariorum Ducis Mutinæ, *Barbos. de Vniuers. iur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 13. *& Bellet. disquis. Clerical. par.* 1. *tit. de fauor. Cleric. personal.* §. 14. *num.* 3. *& tit. de fauor. Cleric. real.* §. 5. *num.* 128.

Nec pro iustificatione huiusmodi recessus
27 quidquam refragatur auctoritas *Couar.* probantis antiquam constitutionem Regum Castellæ, quod à sententijs per Episcopos feudatarios latis in causis prophanis ad Regem non ad Ecclesiasticos appelletur inter *eius practic. quæst. cap.* 4. *num.* 2. quem refert *Fermosin. in cap. si duobus* 7. §. *Denique quæst.* 1. *num.* 3. *de appellat.* Omissa enim tamquam non necessaria conclusionis impugnatione, cessat illius applicatio ex pluribus Iuridicis discrepantijs, in Hispania enim non constat, quod exercitium Iurisdictionis

Episcopi sit apud diuersos Iudices, seculares nimirum soli Laicali Iurisdictioni præpositos,& contradistinctos à Vicario, seù Officiali ad solam Ecclesiasticam Iurisdictionem deputato, proùt Leodij: In Hispania Episcopus iudicat tamquam Baro, Officialis verò Leodij tamquam Ecclesiasticus, In Hispania nec immemorabilis, nec alia minor consuetudo legitimè introducta ante dictã Constitutionẽ antiquã Regũ Castellæ aderat,seù probatur,proùt Leodij:In Hispania semper fuerunt Regia Tribunalia,ad quæ deuoluebantur,& fuerunt deuolutæ huiusmodi appellationes, in Germania autem Tribunal Spiræ non fuit erectum nisi de anno 1495. & in anteactis, imò subsequutis seculis adSuperioresEcclesiasticos in his casibus fuit appellatũ: Inuestituræ Hispaniæ pro appellatione ad Regem, Germaniæ verò, & præsertim Leodij pro appellatione ad Superiores Ecclesiasticos interpretatiuam obseruantiam sunt sortitæ; Quæstio paritèr non est de

tollenda in totum ſuperioritate Imperatoris, ſeù appellatione Leodienſium ad Tribunalia Laicalia, ſed moderanda in ſolis cauſis, in quibus Laici malint coram Eccleſiaſtico, quam Laico Iudice litigare, eo inſuper addito, quod Iuriſdictio Officialis in his cauſis numquam fuit impugnata, nec impugnatur. Ideò,
28 ex legibus Hiſpaniæ, & conſuetudine aliorum locorum non benè infertur ad appellationem in cauſis Leodienſium, in quibus tot diſparitates concurrunt *vulg. leg. Papinianus, ff. de minor.* & huic obiecto ad partes reſpondet *Io: à Chokier in d. eius Opere cap. 13. per tot.*

Subſequuntur Capitulationes Ferdinandi
29 IV. & Leopoldi I. felicitèr Regnantis, quem Deus Optimus Maximus diù incolumem ſeruet, eiuſque pietati nouas ſemper victorias contra Thracem ſuperaddat, quæ exaduerſo in comprobationem dicti receſſus adducuntur, ſed omiſſa repetitione rationum contra actus Laicales militantium, ſunt potius deſtructiuæ,

uæ, seù reformatiuæ eiusdem recessus, eâ intercedente præcisa; & notabili differentia intèr recessus, & capitulationes, quod istæ non faciut mentionem
30 de Officialibus, sed restringuntur ad causas, quæ à suis Tribunalibus ordinatis in Imperio traherentur ad Curiam Romanam, vel Nuncios Apostolicos.
31 Quousque igitur non probatur, prout est improbabile, quod Tribunal Officialis Leodij dependeat, & sit ordinatum ab Imperio, numquam poterit dici, quod sub his Capitulationibus comprehen-
32 dantur, talia siquidem sunt subiecta qualia prædicata demonstrant, *leg. 3. ff. de fund. instruct & l. fin. §. cui dulcia, ff. de tritic. vin. vel ol. legat.* Quinimò discre-
33 tiuus iste loquendi modus intèr recessum, & Capitulationes in istis diuersam ab illo voluntatem habitam fuisse magis patefacit, *leg. vnica, § sin autem ad deficientis C. de caduc. toll.*

Et nihilominùs ad euitandum omnem prætextum cuiuscumque licèt sinistræ, & in-

subsistentis interpretationis bo:me: Illu-
34 strissimus, & Reuerendissimus Sanfelicius tunc Nuncius Apostolicus non omisit oportunas protestationes adijcere,
35 & ad omnem bonum finem Electores Catholici huiusmodi articulum omittendum esse declararunt, eumque ex tunc pro omisso, & abolito habuerunt, vt patet ex reuersali sigillo Cancellariæ Moguntinæ munito sub Datum Francofurti 30. Iulij 1658. & quod plus est, cum idem Nuncius præfatas protestationes
36 fecisset etiam ipsimet Electo Romanorum Regi Leopoldo Primo contradicens articulo Decimono Capitulationis, tanquam erroneo, scandaloso, & præiudiali, Cæsarea Maiestas circa dictum articulum nihil se tentaturam suo verbo spopondit, vt patet ex actu publico nominati Nuncii Apostolici sub Datum Francofurti 9. Augusti 1658. & registrato in Archiuio Nunciaturæ *tom.* 11. *num.* 21.

Superest ex Cathalogo Actuum Imperia-
lium

lium quædam Epiſtola Regnantis Cæſaris ſub datum 27. Septembris 1674., vbi monet Sereniſſimum Electorem Coloniæ, vt reuocet Edictum die 15. Februarij 1672. factum pro huius Eccleſiaſticæ Iuriſdictionis, & appellationis conſeruatione, prætermiſſis autem cæteris alijs reſponſionibus contra actus Imperiales adductis, quæ aduerſus huiuſmodi Epiſtolam ſimiliter procedunt, additur particularis circumſtantia, quod Sereniſ-
37 ſimus Elector agnoſcens iuſtitiam, quæ huiuſmodi appellationi aſſiſtebat, vltra aliud Edictum datum 3. Februarij 1674. indiuidualiter præfatum Edictum diei 15. Februarij 1672. confirmauit die 16. Auguſti 1681. vt in principio, ſeù ſerie facti retuli, & propterea hæc Epiſtola, quæ non conformem, ſed de directo contrarium effectum habuit, potius retorquetur.

Legitur vlteriùs in eadem Epiſtola, quod Conſilium Ordinarium Leodij repreſentet Epiſcopum, & Principem ibi -- Con-

„ ci-

„ filium dilectionis vestræ Ordinarium
„ Leodiense eamdem vti Episcopum, &
„ Principem Leodiensem representans --
quando est merè Laicale, rebusque secularibus præpositum, nec Episcopum vti Episcopum representat; Inibi quoque supponitur præfatum Edictum factum fuisse ad instantiam, & fauorem eiusdem Consilij, cui desideratur iniungi, vt à Iudicijs reuisorijs desistat, quod cum pariter non subsistat in facto, patet Cæsarem fuisse malè informatum, & comprobatur benè egisse Electorem, si eiusdem Epistolæ rationem non habuit.



CAP.

CAP. XII.

Respondetur Tertiæ Obiectioni ex actibus Cameræ Spirensis.

SVMMARIVM.

1. *Laici non habent Iurisdictionem aduersùs Iudices Ecclesiasticos, & in causis per eos definitis.*
2. *Camera Spirensis per seculum, & vltra Iustitiam, & antiquitatem appellationum ab Officiali ad Ecclesiasticos agnouit, & iudicialiter probauit.*
3. *Præiudicia recentia, quæ dant causam controuersiæ non turbant statum, & antiquam possessionem Iurisdictionis continuatam, & propugnatam.*
4. *Mandatum Cameræ Spirensis anni 1673. erroneè supponit, Officialem Leodij procedere vti Iudicem prophanum.*

Ter-

TErtia Obiectionum species respicit actus, qui nuncupantur præiudicia Cameræ Spirensis viginti præsertim ab hinc annis, quibus prætenditur Cameram huiusmodi appellationes recepisse, ac mandata cassatoria, & pœnalia contra appellantes ad Nuncios Apostolicos re-
1 laxasse, sed vltrà satis probatum defectum Iurisdictionis in Laicis aduersus Iudices Ecclesiasticos, & in causis per istos definitis, mirum est, quod Camera,
2 quæ statim post eius erectionem, & respectiuè per seculum, & vltrà subsequens defectum suæ Iurisdictionis agnouerat, ac iustitiam, & inueteratum vsum appellationum ad Ecclesiasticos iudicialitèr probauerat, deducat pro sua Iurisdictione, seù veriùs vsurpandi conatu moderna præiudicia de facto in his vltimis annis extorta, quæ vtpotè dantia causam
3 controuersiæ, ac recentia turbare non valent Iura statum, & antiquam quasi possessionem aduersùs posteriores Laicorum conatus semper continuatam, &

quan-

quando opus fuit, propugnatam iuxtà optimum, & benè congruentem *Textum in cap. licet causam de probat.* vbi communiter DD., non possum tamen
4 omittere, quod mandatum Cameræ Spirensis 27. Augusti 1673: datum in contrario Adiuncto *num.9.* vltrà alios defectus Iuris superiùs relatos, quibus laborat, nimis euidenter errat in facto, dùm supponit in his causis Officialem Leodij procedere vti Iudicem ciuilem, nempè Laicalem, iuxtà illa verba -- Sententia-
„ rum per te, Officialemque Leodiensem
„ vti ciuilem eatenùs Iudicem latarum --
quandò supra fuit plenissimè probatum Officialem esse in his causis purè, & simpliciter Ecclesiasticum, & vti Iurisdictione Ecclesiastica.



X CAP.

CAP. XIII.

Reſpondetur Quartæ Obiectioni ex actibus Archiepiſcopi, & Electoris Coloniæ.

SVMMARIVM.

1. *Archiepiſcopus Coloniæ, & inſimul Epiſcopus Leodij circumduxit duo Edicta, quæ pro fomento Laicalis poteſtatis fuerant procurata.*
2. *Et ſucceſſiuè confirmauit aliud Edictum pro conſeruatione Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.*
3. *Edicta abrogata indicant extremum defectum boni Iuris, & euidentiam mali.*
4. *Actus circumducti perindè habentur, ac ſi numquam emanaſſent.*
5. *Decretum Conſilij Archiepiſcopi Coloniæ, & inſimul Epiſcopi Leodij de anno*

anno 1658. circa consuetudinem appellationum ad Ecclesiasticos, & contra Laicorum conatus.

6. *Impugnatur quædam Epistola sub nomine Archiepiscopi Coloniæ de anno 1673.*

7. *Antistites non possunt præiudicare Sanctæ Sedi, Nuncijs, & ordini Ecclesiastico.*

mi

Actus Serenifs.&Reu.Archiepiscopi,& Electoris, circa quos quarta species obiectionum versatur, mirabiliter retorquentur, & magis congruè inter nostra fundamenta debuissent connumerari:

1 Quamuis enim ad instantiam fouentium Iurisdictionem Laicalem fuerint procurata duo Edicta sub diebus 3. Martij, & 6. Maij 1672. in perniciem Iurisdictionis Ecclesiasticæ, quia tamen nullam speciem iustitiæ præseferebant, fuerunt per Celsitudinem suã particulari Edicto sub die 3. Februarij 1674.ad contestandam eius deuotissimam, & filialem ob-

seruantiam erga S. Sedem Apostolicam motu proprio, & ex certa scientia abolita, & circumducta, ac si nunquam ema-
2 nassent, imò die 16. Augusti 1681. aliud Edictum, quod priùs nempè 15. Februarii 1672. fecerat pro huius Ecclesiasticæ Iurisdictionis defensione, amplissimè confirmauit, cuius Edicti tenor in serie
3 facti refertur: Recurrere autem ad leges, seù Edicta abrogata indicat extremum boni Iuris defectum, ne dicam quod euidentiam mali Iuris patefaciat; Reuocatio enim & circumductio procedit ex iniustitia actuum circumductorum, qui propterea retorquentur, vel nullam de-
4 fensionem, nullumque Ius inducunt, cum perindè habeantur, ac si numquam emanassent, vt expressè dicitur in Edicto circumscribente, & concordat *glos. in l. & post Edictum verb. circumducendum, ff. de iudic. & in l. acta verb. circumduci, ff. de re iudic. Vbert. de citat. tom. 3. cap. 12. num.* 420. & in similibus terminis Episcopi circumducentis actus præce-

den-

dentes *Celſ.deciſ.50.num.5.in fin.&6.* Qualiſque re vera fuerit voluntas Sereniſs. & Reuerendiſs. Archiepiſcopi Coloniæ, & inſimul Epiſcopi Leodienſis explicata per eius Conſilium priuatum circa iuſtitiam, & antiquiſſimum vſum huiuſmo-
5 di appellationum aduerſus iniuſtos Laicorum conatus, comprobatur omiſſis aliis actibus ex illo decreto eiuſdem Conſilii, cuius tenor eſt -- Sereniſſima ſua „Celſitudo auditis Officiali ſuo Leodienſi, & Conſiliario Bliſia, necnon Aduocato fiſcali de Fleron, qui repreſentarunt „præiudicium, quod fit Iuriſdictioni Eccleſiaſticæ in cauſa Lambrecht contra „Aduocatum Grand Iean & Conſortes „ratione mandati caſſatorii ab his impetrati auctoritate Principum vicariorum „Imperii, quo intendunt ſiſtere exequutionem trium ſentētiarum conformium „latarum contra eos auctoritate Iudicum „Eccleſiaſticorum declarat ſuæ intentionis eſſe, vt Statutis, & Conſuetudini immemoriali hactenùs obſeruatæ inhærea-

„tur

„ tur, & ad trium dictarum conformium
„ ſententiarum exequutionem procedatur
„ non obſtante præfato mandato,& ad eo-
„ rum, qui præmiſſis contrauenerunt co-
„ erctionem. Datum in Conſilio priuato
„ dictæ Sereniſſimæ ſuæ Celſitudinis 21.
„ Iunii 1658.

Cauendű tamen videtur à quadam Epiſtola
6 Sereniſs.& Reuerendiſs.Archiep. data in contrario Adiuncto *num.*10. ſub datum 27. Auguſti 1673., quam pro defenſione Officialis Coloniæ exaratam Eminentiſſimus D. Bonuiſius nullam habet memoriam ad eius manus perueniſſe, ſed quatenùs re vera, & ſcripta, & tranſmiſſa fuiſſet, magis comprobat noſtram intentionem, dùm ea non obſtante Sereniſſimus Archiepiſcopus de menſe Februarii 1674. Edictum reuocatorium præcedentium promulgauit, & ſic dùm habemus illius voluntatem,opus non eſt deſcendere ad negationem poteſtatis,quã
7 Celſitudo ſua non habuiſſet propriis Edictis, vel Epiſtolis præiudicandi Iuribus

San-

Sanctæ Sedis, Nunciorum Apostolicorum, ac Ordinis Ecclesiastici; *ad glos. in c. significasti verb. Clerici antè fin. de foro compet. Alex. cons. 8. num. 1. circa med. lib. 1. Scacc. de iud. lib. 1. cap. 11. n. 38.*

CAP. XIV.

Respondetur Quintæ Obiectioni ex conuenientia.

SVMMARIVM.

1. *Conuenientia non scripta aduersùs Iuridica fundamenta non attenditur.*
2. *Iustitia conculcari, & legum, seù Canonum moderamina prosterni non debent discursibus Popularibus, Politicis, & apparentibus.*
3. *Alioquin nihil esset in Iure certum.*
4. *Conuenientia non scripta contra sanctiones, & conclusiones Iuridicas est duplex iniquitas, vel iniuria honestatis colore velata.*

5. *Vsus.*

5. *Vsus iudicandi non potest dici grauans, si iudicati de eo non conquæruntur.*
6. *Amplia quando eumdem vsum exoptant, & propugnant.*
7. *Leodienses de annis 1625. & 1626. assistentiam Sanctæ Sedis implorarunt, & conatibus Cameræ Spirensis restiterunt.*
8. *Auctores Leodienses, qui de Iurisdictione Officialis Leodij in causis prophanis inter Laicos, & appellatione ad Ecclesiasticos scripserunt, referuntur.*
9. *Non est credendum, quod Leodienses circa vsum iudicandi, & appellandi laborare voluerint contra propria commoda.*
10. *Raræ sunt causæ prophanæ inter Laicos, quæ ab Officiali Leodij ad Curiam Romanam deuoluuntur.*
11. *Pleręque causæ huiusmodi in illis partibus terminantur.*
12. *Et in pluribus omnes instantiæ complentur Leodij per appellationes Leodien-*

diensibus commissas.

13. *Leodij sunt probi, & praeclari Iurisconsulti.*

14. *De Iustitia, & Sapientia Iudicum Romanae Curiae, & Sacrae Rotae tamquam nimis notoria superfluum est agere.*

15. *Inter Rotae Romanae Auditores ex diuersis regionibus selectos consueuit assumi etiam Germanus.*

16. *Iacobus Emerix Leodiensis S. Rotę Auditor Decanus.*

17. *Conuenit fidei Imperiali, & moribus Germanię, ut antiquissimi usus appellationum ab Imperatoribus confirmati seruentur.*

18. *Alias subuerteretur Imperium, à cuius pluribus statibus ullę appellationes ad Cameram Spirę non deuoluuntur.*

19. *Quae diu certum statum habuerunt, minimè sunt mutanda ex omni conuenientia tàm Legali, quàm politica.*

20. *Nouitates semper perniciosæ.*

21. *Quæ in suo statu manent, etsi deteriora, semper meliora sunt ijs, quæ vti meliora volunt innouari ex monito Augusti ad Senatum.*

22. *Aliud monitum Diui Augustini in eodem proposito.*

23. *Consuetudinis, vsusquè longæui non leuis auctoritas, & plerumque discordiam pariunt nouitates.*

24. *Aliud monitum Aristotelis ad rem.*

QVintæ Obiectioni figuratæ conuenientiæ, quasi dedeceat causas prophanas non à doctis Iudicibus Germaniæ, sed à Nunciis Apostolicis, & Curia Romana esse cognoscendas, exindèque incommoda, & expensas litigantium augeri, prompta occurrit responsio,
1 tàm in Iure, quàm in facto. In Iure quia quoties pro vna parte Iuridica vrgent fundamenta, conuenientia apparens, seù Epicheia non scripta apud Iudices, & viros solida virtute, ac iustitia præ-

prædítos nullam vim vmquam habuit,
2 ne sub discursibus popularibus, politicis, vel apparentibus iustitia conculcetur, ac inuariabilia legum, & Canonum moderamina, etiamsi dura viderentur, prosternantur, *per Textum in l. prospexit* 12. *vers. quod quidem, ff. qui, & à quibus Decian. consf.* 36. *n.* 41. *lib.* 1. *Minsinger. obseru.* 63. *nu.* 4. *centur.* 6. vbi quod alio-
3 quin nihil esset in Iure certum, vel perpetuum, *& Gratian. discept.* 639. *nu.* 25. *& seqq.* vndè conuenientiam non scrip-
4 tam contra sanctiones, & conclusiones iuridicas esse duplicem iniquitatem, vel iniuriàm honestatis colore velatam post *Textum in l. dudum, C. de contrab. empt.* cuius verba sunt -- grauis hæc videtur ,, iniuria, quæ honestatis colore velatur -- exclamant, *Andreol. contr.* 92. *n.* 17. *in fin. Conciol. alleg.* 50. *num.* 38. *&* 39. *& Merlin. dec.* 386. *nu.* 22. *&* 23. *& decis.* 567. *n.* 57. 59. *& seqq.* vbi adducit etiam auctoritatem *Diui Augustini*, *& num.* 67. *& seqq.*

In facto autem omnis conuenientia assistit
Iuridico, & antiquissimo vsui appellan-
di in his causis ad Superiores Ecclesiasti-
cos nimirum Metropolitanum, vel Nun-
5 cium Apostolicum, seù Sanctam Sedem,
si enim adesset figuratum grauamen,
quinàm de eo conqueri deberent, ij ni-
mirum, qui sunt in fractione Panis, vel
6 extranei? Sanè Leodienses, de quorum
causis potissimum, seù præ cęteris agitur,
illum non respuunt, sed exoptant, non
impugnant, sed propugnant, & quan-
tum ipsis cordi esset defensio, & cõtinua-
tio huius antiquissimæ appellationis vi-
7 rilitèr demonstrarunt de annis 1625. &
1626., quando implorarunt assistentiam
Sanctæ Sedis, eaque impetrata conatibus
Cameræ Spirensis nõ minùs iustè, quàm
fortitèr restiterunt, nec re, & factis dum-
taxat, sed etiam doctissimis scriptis Præ-
8 clari Iuristæ Leodienses eorum iustissima
vota comprobarunt, & intèr alios sunt
præcipuà commendatione digni, vterque
ChoKier, Ioannes nimirum, & Eras-
mus,

mus, De Mean, & Rausmus supracitati, quod si iste antiquissimus ordo iudicandi, & appellandi iniuriam, non iustitiam, grauamen non subleuamen, dedecus non honestatem præseferret, accu-
9 ratissimi, & prudentissimi Leodienses contra propria commoda laborassent, & in propriam perniciem conspirassent, quod non est credendum ex mente *Textus in l. cum de indebito, ff. de probat.*

Et quidem non multæ, sed rarissimæ sunt
10 causæ huiusmodi, quæ ad Curiam Romanam deuoluuntur, & tunc solùm quando grauitas causæ, voluntas litigantium, vel saltem electio appellantis con-
11 currunt, cæteroquin pleræque in illis partibus terminãtur per appellationem, vel ad Metropolitanum, vel ad Nuncium, vel ad Delegatos Apostolicos in illis Regionibus degentes, & quod est
12 consideratione, omnique attentione dignum, plurimæ sunt, quæ à prima ad vltimam instantiam principium, medium, & finem consequuntur Leodij, vbi

13 sunt

13 ſunt multi probi,& eximii Iuriſconſulti,
quibus toties, quoties opus eſt, & à par-
tibus deſideratur, cauſæ in gradibus ap-
pellationum delegantur; De Iuſtitia au-
14 tem, & ſapientia Iudicum Romanæ Cu-
riæ, & ſignantèr ſupremi, & integerrimi
S. Rotæ Auditorii ſuperfluum eſt agere
tamquam de re apud omnes nationes
notoria: Oportuna tamen ad Nationem
Germanam, & Ciuitatem Leodii conſi-
deratio non videtur omittenda, inter pri-
marios Iuriſconſultos ex diuerſis natio-
15 nibus, & regionibus ſelectos conſueuit
Sancta Sedes memorato Sacræ Rotæ Au-
16 ditorio etiam Germanũ præficere, prout
modo digniſſimus illius Tribunalis Au-
ditor Decanus eſt ſuperius laudatus *Ia-
cobus Emerix Leodienſis*.

Conuenit etiam fidei Imperiali, & moribus
Germaniæ, quod antiquiſſimi vſus Im-
17 perialibus etiam Priuilegiis confirmati,
& à Dicaſterio Spiræ iudicialitèr appro-
18 bati, obſeruentur, aliàs totum Imperium
ſubuerteretur, ſi conſuetudines antiquiſ-
ſimæ,

ſimæ, & Priuilegia Imperatorum ſuper cognitionibus, & appellationibus cauſarum conceſſa abrogarentur, quando plurimi ſunt ſtatus, & Principatus, à quibus appellationes non in minori parte, prout in hoc caſu, ſed in totum etiam à mere Laicalibus Tribunalibus ad formam conſuetudinum, vel priuilegiorum ad Cameram Spiræ non deuoluuntur; & denique etiam generalitèr loquendo repu-
19 gnat cuicumque conuenientiæ ſiuè legali, ſiuè politicæ, quod ea quæ diù certam interpretationem, ac diuturnum
20 rerum ſtatum cum felici Populorum gubernio habuerunt, ſubuertantur mutationibus, & nouitatibus contra *Textum in l. minimè, ff. de legib.* quæ ſemper fuerunt Reipublicæ pernicioſæ, & præ viribus ſunt arcendæ, quia vt in hoc propo-
21 ſito dixit Auguſtus ad Senatum -- quæ
„ in ſuo ſtatu, eademque manent, & ſi de-
„ teriora ſint, tamèn vtiliora ſunt his, quæ
„ per innouationem, velut meliora indu-
„ cuntur, & vt ait *Diuus Auguſtinus epi-*

22 *ſtol.*

22 *stol.*128.*cap*.5.-- ipsa mutatio consue-
,, tudinis etiam quæ adiuuat vtilitate no-
,, uitate perturbat- & propterea *Honorius*
III.relatus in cap. cum cõsuetudinis 9.
23 *de consuetud.* consuetudinis, inquit,
,, vsusque longæui non est leuis auctoritas
,, & plerumque discordiam pariunt noui-
,, tates-- & in hanc consonantiam ex *Ari-*
,, *stotele* ità refert *Patricius lib.*3. *tit.*1.*de*
24 *Republ.*-- Ciuitatis statum diligant, con-
,, tentique eo nihil moliantur, nihil agi-
,, tent, quod alienum, nouumque sit, sed
,, eam viam ire pergant, quam maiores
,, instituerunt, quæquè aliorum vestigiis
,, attrita sunt, nouarum enim rerum stu-
,, dium semper Rempublicam labefacta-
,, re solet, quas aliasque legales, & politi-
cas considerationes diuersorum testimo-
nio adducit *Gonzal.in d. cap. cum con-*
suetudinis num. 2. & 3. *extr. de con-*
suetud.

FINIS.

INDEX

Materiarum, & Conclusionum.

A.

ACTVS

ANTISTES

APPELLATIO.

Itaùt

 pro-

Re-

sia-

Et

DISCRETIVA

DISPOSITIO

DOCTORES

E.

ECCLESIA

EC-

ECCLESIÆ

ECCLESIASTICI

EDI-

EX-

IL-

I.

ILLATIO

IMMEMORABILIS

LAI-

Sub-

CA-

CON-

Sta-

RE-

R.

Sed.

FINIS.



Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſs. P. Sac. Pal. Ap. Mag.

Steph. Ioſeph Menattus Epiſc. Cyrenen. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Ioſeph Clarionus Sac. Theologiæ Magiſter, ac Reuerendiſſimi P. Fr. Dominici Mariæ Puteobonelli S. A. P. Magiſt. Soc. Ord. Prædicatorum.

